

Le « Mare Magnum »

Un code médiéval du couvent augustinien de Paris

Dans la collection des manuscrits de la Bibliothèque de l'Arsenal à Paris, se trouve un petit recueil de pièces, qui se rapportent à l'Ordre des Ermites de S. Augustin. D'après le catalogue, ce recueil, à reliure moderne en veau fauve, contient des statuts de l'Ordre des Augustins, décrétés en 1447 par le Prieur Général Julien de Salemi, une copie de XIII bulles papales concernant l'Ordre des Ermites de S. Augustin, d'autres statuts donnés par le Prieur Général Guillaume Becchi en 1464, et finalement le « Mare Magnum », signalé aussi comme : « Statuts » ¹⁾.

La description, que donne le catalogue, n'est pas tout à fait exacte et un peu incomplète parce qu'elle fausse l'ordre des pièces et donne une impression trop générale de la teneur de ces textes. Les statuts du P. Julien de Salemi, indiqués comme manuscrit A, constituent en réalité le manuscrit B, tandis que la copie des Bulles forme le manuscrit A. Comme nous en informe le catalogue, le manuscrit C consiste en deux pièces. Ces deux pièces du manuscrit C, les préceptes du P. Becchi et le « Mare Magnum », sont des copies, faites par le fr. Matthieu Maquarelli, au couvent de Paris. Celui-ci acheva la transcription des statuts du P. Becchi le 15 juillet 1469 ; quant au « Mare Magnum », il le termina en la fête des saints martyrs Processus et Martinien, le 2 juillet de l'an 1468 ²⁾.

Ni les statuts de Julien de Salemi, ni ceux de Guillaume Becchi, ni le « Mare Magnum » ne sont des directives pour l'Ordre entier, comme le suggère le catalogue, mais ils ont été composés et spécialement rédigés pour le couvent de Paris.

¹⁾ H. MARTIN, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque de l'Arsenal*, II, p. 93-94. MS 774.

²⁾ Arsenal MS 774 C, fol. 3^{vo}, 16^{vo}.

Rédigés environ au milieu du xv^e siècle, les statuts des Prieurs Généraux Julien de Salemi et Guillaume Becchi règlent différents aspects de la vie au couvent augustinien de Paris. Les conditions de vie ayant évolué, les législateurs ont adapté leurs instructions à la vie actuelle. En temps utile, nous espérons fournir une étude plus approfondie de ces documents.

Présentement, nous nous occuperons de la seconde partie du manuscrit C : le « Mare Magnum ». Commencée au folio 5, cette copie continue jusqu'au folio 16^{vo} inclus.

Comme les deux documents des Prieurs Généraux, dont nous avons parlé plus haut, celui-ci comprend une série de préceptes concernant la vie de la communauté des Augustins de Paris. Cette collection de règlements et d'instructions bien détaillés, groupés en plusieurs parties, s'appelle « Mare Magnum ». Ce titre manque au début de l'ouvrage ; mais on le trouve en tête de presque chaque division importante, et, à la fin de son œuvre, le copiste désigne ainsi cette collection de statuts.

Le « Mare Magnum » se compose de VII parties, subdivisées en plusieurs chapitres ; il comprend une grande série de préceptes, d'instructions et de directives, qui règlent les différents aspects de la communauté parisienne.

Au Moyen Age, le couvent de Paris était le centre principal des études théologiques de l'Ordre et relevait directement du Prieur Général. Il abritait une communauté internationale dont les membres, originaires des différentes provinces, étaient, pour la plupart, des étudiants et des professeurs. Par conséquent, les conditions de vie étaient, en beaucoup de cas, différentes et plus difficiles que dans les autres couvents. Il était donc nécessaire, pour sauvegarder l'observance monastique, de les adapter aux circonstances plus ou moins extraordinaires et aux diverses tâches des moines, et de définir les devoirs et les prérogatives des uns et des autres selon leur état.

Les préceptes et les instructions de ce code concernent entre autres le culte divin, l'économie et les finances du couvent, la vie en commun, la discipline, les fonctions, la bibliothèque, les études, etc. ³⁾. Or, tous ces règlements diffèrent beaucoup, quand on les compare avec ceux de Guillaume Becchi ou de Julien de Salemi.

Qui a rédigé et promulgué ces règlements et depuis quand

³⁾ Denifle n'a pas connu ce texte important,

étaient-ils en vigueur ? Ni l'ouvrage lui-même, ni le copiste ne nous en informent. Cependant, il y a plusieurs indications, dont on peut déduire l'origine de ce code.

Le Prieur Général Julien de Salemi, qui a promulgué ses statuts en 1447, cite deux fois le « Mare Magnum ». Au IX^e chapitre de la VIII^e partie, où il traite des études et où il parle de la visite canonique que le Provincial de la Province de France devait faire au couvent de Paris, il se réfère expressément au « Mare Magnum »⁴⁾. Dans la préface de ses instructions il révèle que la discipline a été relâchée au couvent parisien pendant une trentaine d'année à cause de guerres et de calamités⁵⁾. L'auteur fait sans doute allusion ici aux faits qui venaient de s'accomplir : la guerre de Cent Ans avec toutes ses conséquences, déchirant la vie normale, et le Schisme d'Occident, si néfaste à la vie de l'Eglise et à la discipline monastique.

Il s'ensuit de ces indications que l'origine du « Mare Magnum » est certainement antérieure à 1447, et qu'elle doit être reportée jusqu'au début du XV^e siècle ou à la fin du XIV^e siècle ; car, en comparant par exemple les préceptes des Chapitres Généraux de l'Ordre, tenus en 1345 et 1348, avec ceux du « Mare Magnum » sur l'enseignement de la philosophie, on est frappé par une certaine concordance.

Les Actes s'opposent à la doctrine d'Occam. Bien que l'enseignement du Nominalisme ait été proscrit par plusieurs décrets de la Faculté des Arts, il ne s'en poursuivait pas moins. Or, le « Mare Magnum » interdit précisément aux étudiants augustins d'assister aux cours de la susdite Faculté⁶⁾.

⁴⁾ Arsenal MS 774 B, fol. 13. « Insuper quantum ex ordinationibus nostrorum prae(de)cessorum, et maxime Maris Magni, expense superflue... ».

l. c. fol. 15. « Preterea ordinamus quod prior provincialis provincie Francie iurisdictionem ordinariam habeat in conventu parisiensi, ita dumtaxat conventum parisiensem visitabit nec oppositum repertum est in Mari Magno, ymo potius videtur... ».

⁵⁾ Arsenal MS 774 B, fol. 1. « Nunc vero mundum guerris variisque alliis discriminibus colapsum, et pene in exitum deditum, alios mores aliosque leges expetere plane cernimus. Unde opus est ut ipsa antiqua instituta pro conventu parisiensi edita mitigentur et accomodentur conditioni vite praesentis... Quae omnia quamquam hoc tempore difficilissima sint, tum propter indispositionem temporum, cum ob longam et diuturnam consuetudinem conforme sint anni triginta quibus modus vivendi ordinis in ipso conventu neglectus sit... ».

⁶⁾ *Analecta Augustiniana* (désormais: *Anal. Aug.*) IV (1911/12) 257-258.

Le Prieur Général Thomas de Strasbourg, dit « de Argentina », qui a gouverné l'Ordre des Ermites de S. Augustin de 1345 jusqu'à sa mort survenue en 1356, était un adversaire déclaré du Nominalisme, tandis que son successeur, Grégoire de Rimini, adhérait plutôt à cette doctrine ⁷⁾. Il semble donc que le « Mare Magnum » date du généralat de Thomas de Strasbourg.

D'autres indications plus sûres se trouvent au chapitre I^{er} de la IV^e partie et au chapitre VI de la VI^e partie, où l'auteur se réfère au chapitre 36 des « Additiones » aux Constitutions de l'Ordre. Ces « Additiones » ont été rédigées par le Prieur Général Thomas de Strasbourg, en vertu d'un ordre spécial du Chapitre Général de 1345. Au Chapitre Général de 1348, ces « Additiones » furent approuvées et confirmées ⁸⁾. Le « Mare Magnum » fut donc rédigé après 1348.

On peut encore préciser la date de composition de ce code, parce qu'il y a dans le « Mare Magnum » un précepte concordant nettement avec une instruction du Chapitre Général, tenu à Bâle

« ... praecipue bacalariis et lectoribus atque studentibus, quatenus nullus eorum doctrinas varias et peregrinas, que in scandalum sunt simplicium et fidei lesionem orthodoxorum, sequi, tenere seu docere praesumat... ».

l. c. 276. « ... mandamus omnibus et singulis fratribus nostri Ordinis quatenus nullus tenere audeat loycam Okami, vel aliquod aliud opus ejus studere, docere, vel quoquo modo sequi, aut alias similes doctrinas varias et peregrinas et inutiles doctrinis approbatis non innitentes ».

Arsenal MS 774 C, fol. 13. — *Mare Magnum*, pars 6, cap. 7. « Ad eundem etiam magistrum studentium pertinet dare licentias studentibus eundi ad actus scolasticos qui in loco nostro vel extra fierent, exceptis actibus qui fiunt in vico straminis, nisi forte ad honorandum aliquam personam ». Le « vicus straminis » est la rue du fouarre où la Faculté des Arts avait son siège au XIII^e siècle (cf. note 82).

⁷⁾ Cf. D. TRAPP, *Augustinian Theology of the 14th Century*, dans *Augustiniana* VI (1956) 182-190.

⁸⁾ *Anal. Aug.* IV (1911/12) 254. Acta Cap. Gen. 1345. « Committimus patri nostri generali [Thomas de Strasbourg], ut diffinitionibus omnibus hucusque conditis auctoritate presentis diffinitionis faciat moderamen, addendo, cassando annullando et declarando, prout sue providentie, saluti animarum proficuum, et statui ordinis videbitur expedire ».

l. c. 275-276. Acta Cap. Gen. 1348. « In primis, additiones, moderationes et declarationes circa constitutiones et diffinitiones seu ordinationes Ordinis per prefatum patrem nostrum magistrum Thomam [de Strasbourg] priorem generalem ex commissione sibi facta virtute capituli generalis proxime Parisius celebrati [1345], per capitula constitutionum editas, auctoritate presentis diffinitionis approbamus et confirmamus... ».

en 1351. Ce Chapitre prit la décision suivante : Si un Frère, en vertu d'une bulle papale, ou pour une autre raison, avait le privilège d'occuper la place d'un bachelier ordinairement délégué par les Autorités de l'Ordre, le délégué ordinaire devait désormais remplir la fonction de bachelier sententiaire immédiatement après ce privilégié. Or, au chapitre IX de la VI^e partie on retrouve le même statut en termes presque identiques ⁹⁾. Il est donc évident que le « Mare Magnum » fut rédigé après 1351.

D'autre part, en 1354, le Chapitre Général réuni à Pérouse, ratifia tous les règlements et les bonnes coutumes, mis en vigueur dans le couvent de Paris par le Prieur Général de l'Ordre, toujours le Père Thomas de Strasbourg ¹⁰⁾. Sans doute s'agit-il du code appelé « Mare Magnum ». Il fut donc rédigé avant cette date.

En conclusion, on peut dire que le « Mare Magnum » a été rédigé entre 1351 et 1354, et qu'il est l'œuvre du Prieur Général Thomas de Strasbourg.

Antérieurement, en 1328, le Prieur Général Guillaume de Cremona avait rédigé un code semblable, auquel, deux ans plus tard, en 1330, il ajouta encore quelques préceptes ¹¹⁾. Or, le code de Guillaume de Cremona est moins long et beaucoup moins détaillé que le « Mare Magnum ». On y trouve des préceptes ou des directives concernant le culte divin, la vie communautaire, la discipline, la vie des étudiants et leurs études, la formation des novices et des jeunes religieux, la bibliothèque, l'économie, les fonctions, etc.

⁹⁾ *Anal. Aug.* IV (1911/12) 278. « Item diffinimus et ordinamus quod si contingat locum aliquem de diffinitis vel diffiniendis pro futuris temporibus ad legendum Sententias Parisius occupari per bullam Summi Pontificis, vel alias quoquomodo absque sua culpa, primo diffinitus immediate legere debeat post illum, qui locum suum, ut premittitur, occupavit.

Arsenal MS 774 C, fol. 14. — *Mare Magnum*, pars 6, cap. 11. « Si contingat locum aliquem de diffinitis vel diffiniendis ad legendum Sententias per bullam Summi Pontificis occupari vel alias absque sua culpa, primo diffinitus immediate legat post illum qui locum occupavit... ».

¹⁰⁾ *Anal. Aug.* IV (1911/12) 309. « Item, presenti diffinitione confirmamus omnes ordinationes et bonas consuetudines actenus positas in conventu parisiensi per nostrum priorem generalem [Thomas de Strasbourg], mandantes priori provinciali Francie ut neglectores sive sit prior, sive procurator... vel... cuiuscunque status aut conditionis existat, taliter corrigat et emendat, et correctiones eorum citius, sicut poterit provincialis predictus intimet generali priori, ut idem pater generalis cognoscere valeat suam diligentiam in premissis ».

¹¹⁾ *Anal. Aug.* IV (1911/12) 57-65; 106-108.

Dans le « Mare Magnum » on retrouve presque tous les sujets que traitent les statuts de Guillaume de Cremone. En rédigeant son code, Thomas de Strasbourg s'est inspiré probablement de ces statuts, mais il a donné à son ouvrage un schéma plus net. Guillaume de Cremone rédigea ses statuts pour supprimer la multitude et la variété des lettres, des préceptes, des directives et des décisions, décrétés par ses prédécesseurs, en ce qui concernait le couvent de Paris. La multitude des instructions, parfois surannées, pouvait embarrasser les religieux. Il les abolit et donna de nouveaux statuts, adaptés aux circonstances actuelles, et y inséra par exemple quelques décisions des Chapitres Généraux ¹²⁾.

Thomas de Strasbourg fit la même chose, lorsqu'il rédigea, vers 1354, le « Mare Magnum ». On y retrouve des statuts, empruntés aux instructions de Guillaume de Cremone, plus ou moins modifiées et des décisions des Chapitres Généraux, tantôt plus succinctes, tantôt plus détaillées et plus précises. Le précepte ordonnant de mettre une vitre aux portes des chambres et l'interdiction d'introduire le « scriptor » ou d'autres laïques dans les chambres, se trouvent déjà, par exemple, dans le code de Guillaume de Cremone ¹³⁾. Dans plusieurs chapitres du « Mare Magnum », on retrouve des décisions, prises en 1338, au Chapitre de Sienne par rapport au

¹²⁾ *Anal. Aug.* IV (1911/12) 57. « Ad tollendam varietatem et multitudinem litterarum, preceptorum, sententiarum et ordinationum per plures predecessores nostros pro ordinatione parisiensis conventus diversis temporibus ordinarum, quibus ignoratis vergi poterant in non parvum periculum animarum, decrevimus de maturo consilio, conservatis quibusdam et aliis de novo superadditis, prout visum fuit honestati et ordinationi conventus decentius convenire, quod omnes tales littere et ipsarum continentia tenore presentium sint cassate et nullam habeant roboris firmitatem, decernentes quod solum robur habeant et serventur que inferius sunt subscripte ».

¹³⁾ *Anal. Aug.* IV (1911/12) 62. « Item, cum per plures venerabiles predecessores nostros prudenter in isto conventu parysiensi ordinatum extiterit quod celle fratrum nullatenus velarentur, quinimo ab extrinsecis huiusmodi cellas posset clare et lucide intueri,... ordinamus et... stricte precipimus et mandamus quatenus in ostio cuiuscumque fratris sint et fiant tot foramina et tam magna aperta quod per totam cellam lucide possit et clare ab extrinsecis intueri... ».

Cf. *Mare Magnum*, pars 5, cap. 1.

l. c. 64. « Item... precipimus et mandamus quatenus nullus frater cuiuscumque conditionis existat aliquem scriptorem seu iuvenem secularem ad suam cellam seu alterius cellam quacumque de causa introducere audeat vel praesumat ».

Cf. *Mare Magnum*, pars 5, cap. 2.

couvent de Paris ¹⁴). Nous avons déjà signalé plus haut la décision de 1351, qu'on retrouve dans le « Mare Magnum ». Dans une étude sur le « Studium » de Paris, que nous préparons, nous avons l'intention d'en mentionner encore d'autres.

En plus des décisions et des statuts qu'il adapta, Thomas de Strasbourg a donné beaucoup d'autres instructions, règlements, ordres et directives.

En rédigeant le « Mare Magnum », Thomas de Strasbourg a donc travaillé plus ou moins suivant le même processus que Guillaume de Cremona. D'autre part, la manière de travailler de Thomas de Strasbourg s'apparente aussi beaucoup à la méthode d'adaptation appliquée à la rédaction des « Additiones ». Ici, comme dans les « Additiones » aux Constitutions de l'Ordre, il se révèle un excellent législateur.

MARE MAGNUM

PRIMA PARS ¹⁵)

Primum Capitulum.

Precipimus et mandamus omnibus et singulis fratribus in con-

¹⁴) *Anal. Aug.* IV (1911/12) 182. « In primis, quod omni anno, per mensem ante solutionem bursarum de mense septembri, eligantur duo fratres, unus per fratres de consilio, coassumptis tribus vel quatuor ad plus de melioribus fratribus de conventu, alter vero communiter per studentes ».

Cf. *Mare Magnum*, pars 4, cap. 1, 2, et 16.

l. c. 182. « Item volumus quod forenses, undecumque advenientes Parisius, post unam diem solvant taxationem consuetam, videlicet, persona (quaelibet) unum grossum Turonensem pro quolibet die qua steterit in conventu ».

Cf. *Mare Magnum*, pars 4, cap. 13.

l. c. 182. « Item, committimus priori, magistris et bacellariis, qui pro tempore Parisius fuerint, ut si quos fratres conventuales ad procurandum pro conventu negligentes seu inutiles viderint, possint et debeant illos ad priorem provincialem provincie Francie transmittere, per eundem in aliis conventibus collocandos, aliis bonis et utilibus fratribus, quos dicti prior et Magistri atque bacellarii postulaverint, in locum amotorum Parisius conventualiter subrogandis ».

Cf. *Mare Magnum*, pars 7, cap. 1 et 5.

¹⁵) Le texte du « Mare Magnum », copié au xv^e siècle, comprend 16 feuillets, 204 sur 145 millimètres. L'écriture est minuscule et serrée mais régulière. Nous avons essayé de reproduire avec la plus grande fidélité le texte et l'orthographe du MS. Cependant, pour les abréviations nous avons suivi l'orthographe classique. Le titre manque. Le copiste commence par ces mots: « Prima pars »; une

ventu Parisiensi commorantibus ut Officium morose et punctuatim dicatur, horisque et temporibus quibus scilicet tenerentur convenire ad Officium dicendum conveniant et intersint Officio secundum nostri Ordinis instituta etiam cuiuscumque conditionis aut status existant.

Contemptores prior puniat secundum nostras ordinationes per ordinem per nos transmissas quas ratas et in suo robore volumus permanere.

2^m Capitulum.

Mandamus cuilibet fratri sacerdoti, cuiuscumque gradus aut conditionis existat, ut omni die audiat vel legat Missam juxta ordinationem Constitutionum Capitulo 6^o ¹⁶⁾.

Insuper precipimus quod quilibet studens ad minus ter in septimana celebret, et frater conventualis, cuiuscumque gradus aut conditionis existat, omni die; Magistri et baccalarij ad minus semel in septimana.

Quod si secus per aliquem dictorum fuerit factum, reatum inobediencie se noverit incurrisse, reservantes nobis absolucionem nisi sit excusacionis causa legitima. Quod si non sit causa legitima: si studens fuerit vel conventualis simplex, qui nec biblicus nec baccalarius, nec Magister nec lector in generali studio vel triennali vel prior in loco studij generalis, pro qualibet vice qua defecerit, unam recipiat disciplinam et duobus diebus sedeat ad terram nudam in medio refectorij in pane et aqua.

Si vero lector fuerit in generali studio vel triennali legisset vel

« autre main y a ajouté: « Maris Magni ». Le numérotage des chapitres a été écrit par le copiste dans la marge de droite.

¹⁶⁾ Les Constitutions de l'Ordre auxquelles l'auteur renvoie, sont celles que le Chapitre Général de Ratisbonne a ratifiées et confirmées en 1290. Le Prieur Général Thomas de Strasbourg, chargé en 1345 par le Chapitre Général de Paris d'adapter les différents actes des Chapitres Généraux tenus depuis 1290, les a complétés par les « Additiones ». Les Constitutions et les « Additiones », qui les suivent, ont été publiées par le Prieur Général Gabriel Venetus et éditées à Venise en 1508. Nous citons cette édition.

« Cap. 6: Missam conventus omnes fratres simul audiant, nec foris quisque remaneat, nisi sit infirmus aut communi negotio occupatus, quod commode dimitti non possit, vel de prioris licentia speciali. Et si aliqui communibus negotiis occupati, misse conventus interesse non possunt, etiam infirmi quibus ex motu non surgit probabilis de recidivatione timor horas observent, in quibus privatas missas audire teneantur ».

prior in loco studij generalis, duobus diebus ad terram sedeat sine disciplina.

Si vero baccalarius vel biblicus, duobus diebus sedebit ad mensam nudam in pane et aqua.

Si vero Magister et conventuali Misse vel private interesse aut celebrare, ut dictum est, neglexerit, inobedientie crimine se senciatur esse gravatum, non autem absolutum nisi in capitulo de culpis dictis petat veniam ; et tunc a simplici sacerdote potest absolvi.

3^m Capitulum.

Item ordinamus quod quicumque frater minister in Missa conventuali defectum fecerit, tarde veniendo vel alium defectum notabilem faciendo, duobus diebus sedeat in mensa nuda in pane et aqua pro prima vice ; pro secunda duplicatam penam portabit, infligendam per priorem. Cui sub eadem pena executionem mandamus.

4^m Capitulum.

Item precipimus conversis et laycis ut sint prompti ad serviendum [fol. 5^{vo}] in Missis privatis, nisi sint occupati in alijs negocijs conventus, et hoc cum cappa sine clamide ¹⁷⁾ et capite discooperto quando sacerdoti respondent vel in aliquo ministrabunt.

Quod si deficiant sedeant duobus diebus ad terram nudam cum disciplina quam prior infliget.

5^m Capitulum.

Item mandamus priori ut compellat juvenes et novicios non sacerdotes ut ad serviendum in Missa conventuali et in privatis sint in sacristia parati usque ad finem maioris Misse, quod si non fecerint eos prior corrigat.

6^m Capitulum.

Mandamus omnibus et singulis fratribus quod, tempore quo debet cantari in medio chori, nullus audeat manere in stalis suis ; Magistris, baccalarijs et fratribus senioribus vel infirmitate gravatis exceptis. Contrafacientes pro qualibet vice sint vino privati : mandantesque priori ut exequatur.

¹⁷⁾ Avec capuchon sans manteau.

7^m Capitulum.

Mandamus omnibus et singulis fratribus in choro existentibus quod, tempore quo divina in ecclesia celebrantur Officia et Missarum solemnias abstineant a discursibus non necessariis et confabulationibus inter se vel [cum] personis extraneis.

Similiter precipimus ut in ingressu ecclesie et egressu chori iuxta et ante gradum primum maioris altaris discooperto capite humiliter se inclinent, sub pena privacionis vini pro qualibet vice.

8^m Capitulum.

Item precipimus priori vel eius vicemgerenti ut advertat qualiter diebus et horis, quibus studentibus non conveniunt cum conventualibus, reddant horas, canonicas scilicet, et delinquentes puniat. Et ut hec Parisius conveniencius fiant, statuimus quod Magister studencium preficiat unum de studentibus qui ad hoc faciendum congreget studentes; quem sic praepositum volumus obligatum fore, si non denunciaverit priori delinquentes, sicut Magistrum studentium decernimus obligari, et ad penas taxandas.

Finit prima pars Maris Magni. Incipit eiusdem 2^a Pars. [fol. 6].

SECUNDA PARS

Primum Capitulum ¹⁸⁾).

Statuimus quod die quo conventus carnibus vescitur, unum mutonem ¹⁹⁾ habeant in prandio et alium in cena.

Magistrorum cuilibet coste dentur quinque in prandio et quinque in cena. Priori vero et praesentato [baccalario] et bachalariis actu legentibus et formatis, duplicata porcio aliquantulum melior, ordinatis vero ad lecturam duplicata. Alij vero fratres habeant simplicem portionem.

Si de aliis carnibus, quam de mutone contingat ministrari, ministraretur iuxta quantitatem mutonum.

Diebus jeiunii, scilicet a festo Omnium Sanctorum usque Nativitatem, quibus fratres utuntur lacticiniis quilibet Magister habeat 4^{or} ova, quilibet baccalarius 3, similiter et prior. Et quilibet eorum duplicatam habebit porcionem de caseo.

¹⁸⁾ Ecrit en marge par le copiste: « Primum capitulum secundae partis maris magni ».

¹⁹⁾ Mouton.

Ceteris vero fratribus dentur cuilibet duo ova et simplex portio de caseo detur.

Aliis diebus quibus non comeduntur lacticinia, de piscibus iuxta modum consuetum unicuique detur.

De vino vero Magistri, praesentatus, et actu legentes, et prior portionem recipiant duplicatam, pro quolibet duas sopinas²⁰⁾ de sancto Dyonisio. Non legentes vero baccalarii formati alii ab istis, et ad lecturam Sententiarum ordinati, pro quolibet pintam parisiensem in prandio et tantum in cena.

Addentes quod Magistri a die Resurrectionis preter portionem vini superius nominatam usque vigiliam Omnium Sanctorum pintam parisiensem pro collacione recipiant et non ultra.

Decernentes insuper quod a festo Omnium Sanctorum usque ad Resurrectionem domini exclusive pro faciendo ignem in camera omni die quilibet eorum recipiat tria ligna²¹⁾. Pro potagio vero eorum et omnium baccalareorum ligna quinque, tria de mane et duo de sero nisi sit jeiunium.

Mandamus quando alibi quam in coquina de dictis quinque lignis posse decoqui, et similiter si quis ultra decoquere velit potagium, nichil de illis lignis tribuatur.

Item mandamus quod ligna pro Magistris et pro potagio non possint pro toto tempore ministrari vel simul dari sed ligna frustatim tradantur.

2^m Capitulum.

Item mandamus quod si conventus pre caristia vel inopia non possit, ut consuetudo est, de victualibus ministrare, mandamus priori et officialibus ut saltem ad minus ter in septimana detur pitancia ; pro qualibet vice unus muto ut dictum est.

Committimus tamen patribus, si dictos tres mutones partire vellent in vices plures, possint ut saniori parti et maiori videbitur.

3^m Capitulum.

Item mandamus priori et patribus omnibus de consilio²²⁾ quod, si tempore indigencie conventus panis et vinum subtraheretur vel

²⁰⁾ Sopina de sancto Dyonisio, mesure de capacité pour les liquides et les boissons.

²¹⁾ Ici : bûches.

²²⁾ Voir : pars 5, cap 1.

minueretur porcio consueta, tam de carnibus quam de pane decenti et vino hibneo ²³⁾ juxta facultatem conventus faciant ministrare.

Contrafacientes vel per negligentiam vel malitiam nolumus per nobis inferiorem absolvi, [fol. 6^{vo}] sed absolutionem nobis retinentes. Si vero ita contingant, [per impossibilitatem vel inopiam mandamus ut prior et patres conveniant in unum et juretur] ²⁴⁾ quod fratribus non potest provideri ut sic exhoneretur (!) eorum conscientias ab inobedientia antedicta. Aliter decernimus eos irretitos.

4^m Capitulum.

Item mandamus ut omnes et singuli fratres, cuiuscumque conditionis aut status existant, conveniant quando debent comedere cum conventu. Defficientes vero puniantur iuxta ordinationem 5^o capitulo contentam, decernentes ex nunc contemptorem penas ibidem contentas incurrere ipso facto.

5^m Capitulum.

Item statuendo precipimus omnibus et singulis fratribus in conventu parisiensi commorantibus, sub pena excommunicationis, ut nullus praesumat comedere in sua cella vel aliena, nisi fructus vel confettiones ²⁵⁾ aut bolum ²⁶⁾ unum vel tres ad plus de pane, non pro refectione sed ne potus noceat.

Excipimus tamen duos Magistros, scilicet actu regentem et seniore conventus. Quorum quilibet cum duobus fratribus sociis <si> ipse sit tertius et non pluribus — nisi aliqui Magistrorum in conventu morantium vel noviter venientium, vel baccalarii vellent comedere cum eisdem — de licencia tamen prioris pro qualibet vice petita et obtenta, comedere possint non obstante mandato.

Excipimus insuper baccalarios legentes Sententias, supra Bibliam, aut ordinatos ad Sententias et Bibliam, sic et non aliter, quando scilicet intrabunt cameras suorum predecessorum vel alias, deputatas actu legentibus, finita lectura illorum quibus debent succedere et non ante.

²³⁾ Mot difficile à lire: hybleo ?

²⁴⁾ Le texte entre crochets a été oublié et rajouté ensuite en marge par le copiste.

²⁵⁾ Confitures.

²⁶⁾ Bouchée.

Nullus tamen dictorum baccalareorum possit nisi cum uno fratre socio comedere in camera dicta.

Excipimus eciam illos qui habent dispensacionem per nostras litteras speciales.

Si quis autem alius a dictis, aliter quam ut praemittitur, comedere presumpserit illum, trina et canonica monitione premissa in hiis scriptis, licet inviti, vinculo excommunicationis innodamus.

Concedentes tamen tenore praesentium baccalareo praesentato vel eius vicem gerenti, qui de jure actus scolasticos visitabit, quatenus cum uno socio possit in sua cella comedere.

Et idem concedimus ceteris baccalariis quos, pro tempore quo conventus reficitur, in actibus scolasticis continget occupari <quatenus> possit eciam quilibet baccalariorum predictorum solus in cella comedere, quando pro suo studio sibi fuerit opportunum.

6^m Capitulum.

Item mandamus sub sententia excommunicationis omnibus et singulis fratribus in conventu parisiensi commorantibus, cuiuscumque condicionis aut status existant, quod in nullo convivio carniū aut piscium, quod faciant infra szeptam [fol. 7] conventus parisiensis fiendo nostre religionis subiectis, ultra commune potagium aut ultra portiones consuetas dare praesumant, nisi de uno solo ferculo ²⁷⁾ et uno parato. Excipiuntur a dicta sententia caseus, fructus et carnes salse, quae in modica quantitate diebus congruis possunt in convivio ministrari. Dispensamus tamen de conviviis aule et signeti et vesperiarum ²⁸⁾, dummodo non excedant quantitatem expensarum taxandarum infra in capitulo 7^o.

²⁷⁾ Mets, plat.

²⁸⁾ « Aula, signetum et vesperae » étaient les trois phases de la solennité qui entourait la promotion d'un nouveau maître en théologie. L'« aula » était la deuxième séance publique, qui se tenait à l'« aula episcopi », où, après avoir reçu la barette, le candidat-maître prononçait sa harangue.

Le « signetum » était le repas solennel, à la veille de la licence, pendant lequel le candidat était invité à recevoir la « licentia docendi » le lendemain à l'« aula episcopi ».

« Vesperiae » était le nom de la première séance officielle, tenue le soir, pendant laquelle deux thèses étaient défendues, l'une par un bachelier sous la direction du candidat-maître, l'autre par le candidat lui-même.

7^m *Capitulum*.

Item mandamus sub eadem sententia excommunicationis omnibus et singulis fratribus conventus parisiensis promovendis ad gradum Magisterii, ut nullus pro die licencie et aule expendat ultra XL (40) florenos, pro pitancia vesperiarum 8 florenos tantum.

Et sub eodem tenore precepti et sententie excommunicationis mandamus baccalariis et biblicis ut²⁹⁾ eorum in sue lecture principio transeat 16 florenos, eciam si alij vellent eis ministrare³⁰⁾. Et sub eadem sententia teneri volumus, quod nullus baccalarius in responsione³¹⁾ de quolibet vel resumptione³²⁾ Magistri pro qualibet vice ultra quatuor florenos expendeat.

In aliis responsionibus, si quas facit, pro qualibet vice duos florenos precise (?).

Eisdem sub eadem sententia mandantes, antequam de conventu parisiensi recedant, omnia utensilia que pro camera sua receperunt, assignent conventui.

8^m *Capitulum*.

Item sub eadem sententia excommunicationis lata mandamus, quatenus nullus studens conventus parisiensis, Magistro vel baccalario aut biblico, venientibus Parisius ad commorandum vel ab eodem conventu recedentibus completo termino eorum, faciant pitanciam.

Hospitibus vero aut studenti noviter accedenti potest facere, si sit de sua provincia studens ; et hoc semel vel bis ad plus.

Si vero Magister aut baccalarius vel biblicus recipere vellet fratres noviter venientes, liberam habeant potestatem, reservato moderamine ferculorum.

Aliter vero facientes prelibatam sententiam volumus incurrisse ipso facto.

9^m *Capitulum*.

Item inhibemus sub eadem sententia excommunicationis omni-

²⁹⁾ Un mot reste illisible.

³⁰⁾ « Hereticum (irritum ?) mandatum » écrit en marge à gauche par le copiste.

³¹⁾ Pendant l'Avent le bachelier devait « répondre » dans une discussion quodlibétique, mais toujours sous la direction d'un maître.

³²⁾ La vraie leçon inaugurale d'un nouveau maître.

bus et singulis fratribus, cuiuscumque condicionis aut gradus existant, ut nullus studenti beianizanti ³³⁾ vel respondenti aut disputanti ³⁴⁾ vel lectionem legenti pro examine lectorie aut lectoria assumpta, faciat pitanciam vel propinet vinum pro collatione, occasione acquisitionum predictorum.

Et sub eadem pena nolumus quod propinetur vel detur pitancia Magistro vel baccalario pro dictis actibus, exceptis baccalariis qui in responsione de quolibet et in aliis responsionibus facere possunt, ut supra capitulo septimo exprimitur. [fol. 7^{vo}].

10^m Capitulum.

Item precipimus Magistris et baccalariis quatenus nullus in die licencie ³⁵⁾ aut in die aule nec in principiis ³⁶⁾ Sententiarum aut Bible invitet ad prandium personam nostro Ordini non subiectam, illis solum exceptis qui de jure Universitatis vel de consuetudine sunt soliti invitari, sub pena inhabilitatis et suspensionis omnium gratiarum ab Ordine concessarum.

Quam contra suspensionem facientes, trina monicione premissa, ferimus in hiis scriptis et ipsos manere suspensos tamdiu volumus, quousque per generale capitulum vel per priorem generalem cum eis fuerit dispensatum.

³³⁾ Initiation d'un nouvel étudiant. Voir note 74.

³⁴⁾ Défendre, sous la direction du maître, une thèse proposée par celui-ci dans une dispute ordinaire.

³⁵⁾ Licence d'enseigner donnée, tous les deux ans, par le chancelier de l'Université aux « baccalaurei formati ». Après avoir reçu cette licence, les bacheliers pouvaient faire leurs demandes pour être intronisés comme maîtres et déposer leurs questions à défendre.

³⁶⁾ Les leçons solennelles d'ouverture du bachelier sententiaire ou biblique. Le bachelier prononçait son éloge de l'Écriture Sainte. Les Quatre Livres des Sentences étaient introduits par quatre 'principia', le '1^m' en septembre, le '2^m' après Noël, le '3^m' en avril, le '4^m' en mai. Chaque 'principium' commençait avec un petit sermon sur la Bible et sur les Sentences, compliqué outre mesure par l'emploi obligatoire de rimes tétradiques. Une question théologique était annoncée tout de suite, développée selon les règles, et discutée à base d'arguments écrits — auparavant échangés entre les bacheliers — et maintenant débattus oralement par les mêmes en présence de toute l'Université. — Les MSS augustinien ont conservé seulement les quatre 'principia' de Hugolinus de Urbeveteri, les quatre de Bonsemlans Baduarius et les deux premières de Johannes Hiltalingen de Basilea.

11^m Capitulum.

Item sub eisdem penis quibus supra, mandamus noviter magistrandis ut nullus eorum in receptione sigilli vel signeti vel in suo magisterio novo, alteri Magistro aut fratri vestimentum aut aliam rem ad valorem 4^{or} grossorum turonensium det vel dari faciat, nisi illis quibus, de Universitatis jure vel de consuetudine approbata, consuetum est dari.

Ad easdem etiam penas baccalarios et biblicos pro suis principii obligamus.

TERTIA PARS

Primum Capitulum.

Primum capitulum est de pena prioris et omnium aliorum, si non eligatur decimarius, si domus pro infirmis ad aliud deputetur ac etiam, si de omnibus introitibus peccunialibus sacristie ac procuratorie pars decima non fuerit sequestrata, et pro infirmis decimario assignata, iuxta tenorem additionum capitulo 13^o ³⁷⁾.

Declaratur etiam ibidem quod si contingeret aliquem Magistrum infirmari et sibi vellet de medicinis persolvere, provisionem non recipiat septimanalem a conventu.

³⁷⁾ *Additiones*, cap. 13. «... de cura infirmorum addimus, quod in quolibet loco ubi est possibilitas sit una domus pro infirmis; extra quam nulli egro, exceptis magistris sacrae theologiae, liceat residere, nec conventus teneatur alicui, extra domum illam in necessariis infirmitatis providere... Talis autem domus a nullo, qui non sit patenter infirmus, possit occupari, praecipue quando in loco sint aliqui fratres infirmi.

Ut autem commodius et facilius, sine distractione bonorum loci, habeantur expendenda pro necessitatibus fratrum, quando infirmantur, volumus et mandamus quod de omnibus introitibus procurarie et sacristie in pecunia semper sequestretur pars decima, et ponatur apud aliquem fidelem fratrem, ad hoc pro conventu electum, qui non sit sacrista nec procurator. Et ab ipso accipiat infirmarius, aut simul cum ipso expendat de dicta pecunia pro necessitatibus dictorum infirmorum ».

Cf. *Constitutiones*, cap. 13. « Qui vero graviter infirmatur utpote febribus... seu alio gravi languore... laborantes, talium cura uni ex fratribus... prior iniungat: qui eis cum omni caritate die noctuque necessarij ministret, atque si propter multitudinem infirmantium, aut diversitatem infirmantium, solus unus non sufficit, coadiutor detur eidem... Sollicite etiam [prior] intendat ne aliquid desit infirmario, quod necessitati expediat infirmorum ».

2^m Capitulum.

Secundum capitulum est de pena prioris, si ultra decimarium et procuratorem infirmorum non habeatur unus famulus, in nullo alio quam servicio infirmorum occupatus, et quod eisdem infirmis de medico et medicina provideatur iuxta tenorem additionum nostrarum communiter directarum ; et est in quinto capitulo ordinationum talium ³⁸⁾.

3^m Capitulum.

Item mandamus per obedientiam salutarem et sub pena excommunicationis omnibus et singulis fratribus, cuiuscumque gradus et condicionis existant, in conventu parisiensi commorantibus, exhortantes eos nichilominus et monentes primo, 2^o et 3^o quatenus nullus portet aut extrahat culcitra³⁹⁾, lintheamina ⁴⁰⁾, coopertoria ⁴¹⁾, tobaleas ⁴²⁾, sudaria ⁴³⁾, manutergia ⁴⁴⁾, pulvinaria ⁴⁵⁾, cussinos ⁴⁶⁾, vasa enea aut stagnea ⁴⁷⁾ et alia utensilia, pro servicio infirmarum communiter deputata, [fol. 8] extra domum pro infirmis communiter assignatam, ad alias cameras aut usum specialium personarum.

Contrarium facientes, illum an illos, trina monicione praemissa, in hiis scriptis, licet inviti, vinculo excommunicationis innodamus.

4^m Capitulum.

Item mandamus priori, sub pena absolutionis ab officio suo et annualis provisionis, ut unum de fratribus magis aptum eligat, qui una cum famulo curam habeat infirmorum ; qui frater, dum actualiter sint infirmi, in nulla alia obedientia occupetur.

³⁸⁾ Ni le chapitre 5 des « Additiones », ni celui des « Constitutiones » ne concernent ce sujet. Consultez pourtant la note précédente.

³⁹⁾ Matelas.

⁴⁰⁾ Draps.

⁴¹⁾ Couvertures.

⁴²⁾ Touailles, nappes.

⁴³⁾ Linges, mouchoirs pour essuyer la sueur.

⁴⁴⁾ Essuie-mains.

⁴⁵⁾ Pulvinars, espèce de coussin.

⁴⁶⁾ Coussins.

⁴⁷⁾ D'étain.

QUARTA PARS

Primum Capitulum.

Statuimus quod, sicut in electione supprioris, sacriste, magistri operum ac eciam cellerarii conventus parisiensis, sic eciam in electione bursarii ⁴⁸⁾ ex parte conventus, vocem habeant simul cum patribus de consilio et aliis fratribus de conventu cuiuslibet (provinciae) unus studens, sicut in 36^o capitulo additionum continetur plenius de aliis officialibus ⁴⁹⁾

2^m Capitulum.

Item statuimus quod procuratorem conventus unus studens associet hoc modo. Nam studens qui consocius debet esse procuratoris per unam ebdomadam associabit. Qua completa, successive secundum cameras, quilibet per ebdomadam.

Cellerarium vero studens unus associabit et tamdiu durabit officium studentis quamdiu tinellus ⁵⁰⁾ vini durabit.

Bursarius vero conventus sic associetur per studentem.

Eligant omnes studentes, scilicet omnes vel maior pars, unum studentem providum omni anno in mense augusti quo bursarius eligitur a conventu vel alio tempore quo bursarium studentem vacare contingeret. Excipientes ab hiis electionibus antedictis studentes de Provincia Francie active et passive fiendo.

Portarium vero prior et patres de consilio eligant honestum.

3^m Capitulum.

Item statuimus quod sacrista non recipiat pecuniam nisi de proventibus sacristie; eidem sub pena furti mandamus, et etiam aliis quibus non incumbit ex officio, ut non recipiant pecuniam quae

⁴⁸⁾ Boursier, celui qui gardait l'argent versé par les provinces pour leurs étudiants.

⁴⁹⁾ *Additiones*, cap. 36. « Volumus tamen quod in electione subprioris, procuratoris, sacristae et magistri operum ac etiam cellerarii conventus parisiensis (quem per electionem constitui volumus) cuiuslibet provinciae ordinis nostri studens unus antiquior in studio parisiensi ex nunc vocem habeat, et si duo de eadem provincia in antiquitate studii pares fuerint antiquior eorum in ordine vocem habebit in electione praedicta ».

⁵⁰⁾ Tonneau.

devolvitur ad conventum, nisi in casibus per nostras ordinationes vel Ordinis constitutiones vel additiones concessis ⁵¹⁾).

Si tamen immineret casus repentinus, ita quod praesentia protinus adesse non posset ita celeriter sicut voluntas dantis pecuniarum exposceret, volumus quod possit recipi ab alio cum bono tamen testimonio ; quo casu tamen dato, monemus illum fratrem sic primo, 2^o et 3^o sibi iniungentes per obedientiam salutarem et sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie, si infra diem naturalem procuratori vel eius vicemgerenti pecuniam per eum receptam non assignaverit ; et si ulterius moram contraheret in assignando sub pena excommunicationis [nisi] infra 3 dies assignet [fol. 8^{vo}].

4^m Capitulum.

Item mandamus, sub pena carceris, sacriste et eius socio ut ponant diligentem curam, quod pecunia oblacionum missarum in pixidibus ⁵²⁾ fideliter reponatur sine diminucione.

Advertant eciam ne in servaturis et aliis lesionem aliquam patientur propter quam oriri possit suspicio extrahendi pecunias vel non ponendi.

Alias, si suspicio fuerit violenta quod propter eorum negligentiam vel malitiam contigerint supradicta, penam prelibatam decernimus incurrisse.

5^m Capitulum.

Item mandamus priori et patribus de consilio et ceteris fratribus conventus claves omnium pixidum parvarum in magna pixide po-

⁵¹⁾ *Constitutiones*, cap. 31. « De bonis autem pertinentibus ad conventum prior non recipiat: nec apud se retineat: sed si quandoque ipsum aliquid a persona aliqua recipere contingat, quod invitus facere debet, illud quantum et quale procuratori domus statim cum fuerit in loco resignet et det, et in libro procuratoris illud lucide et clare et nomen et cognomen eius qui dedit et causam quare dedit scribi faciat.

Frater vero quicumque sit qui de bonis pertinentibus ad conventum aliquid receperit et praedicto modo non resignaverit: si de hoc probabiliter fuerit convictus, poenae furti subiaceat: et per omnem modum furti iudicio condemnatur ».

Additiones, cap. 31. « ... de officio prioris addicimus inhibentes districte ne quis prior ullo modo pecuniam sui conventus recipiat, pertractet seu expendat, aut alias de officio procuratoris quomodolibet se intromittat nisi secundum formam nostrarum constitutionum... ».

⁵²⁾ Boîte.

nantur ; in qua magna pixide erunt due claves et diverse, quarum unam tenebit prior et aliam bursarius studens.

Quam magnam pixidem prior et studens bursarius non apperiant sine praesentia baccarii praesentati, si sit in villa. Et si non esset, sine praesentia senioris baccarij formati. Et sine praesentia magistri studentium vel locum eius tenentis. Et si nullus esset in villa, fiat in praesentia duorum baccaliorum legentium vel disputandorum.

Volumus tamen quod semper conventualis bursarius debeat interesse aperitioni magne pixidis.

Decernentes quod, si studens bursarius esset impeditus quando posset interesse aperitioni pixidis, clavem tradat uni studenti provide qui habeat loco eius interesse.

Decernentes quod, quocienscumque videbitur priori expediens, apperiat parvas pixides iuxta formam traditam.

Addentes insuper et sub eadem pena qua supra, mandamus priori et aliis supradictis quod in trunco, qui est in ecclesia, fieri faciat duas claves varias et diversas, quarum unam habeat prior, alia reponatur in parva capsula in quam bursarum pecunia reservatur.

Et in eius apericione sint qui in apericione magne pixidis debent esse ; et pecunia reponatur in magna pixide si non debeat cito expendi.

6^m Capitulum.

Item statuendo decernimus ad procuratoris conventualis et consocii studentis officium spectare, recipere omnes introitus et expensas facere iuxta formam infra traditam, scilicet, si magne fuerint quantitatis, sic quod notabiliter supersint ab expensis pro communi vita fiendis, introitus tales recipient ; partem tantummodo retinentes quam prior iuxta necessitatem expensarum determinaverit retinendam ; residuum vero bursariis assignabit.

Et sint duo quaterni ⁵³⁾, quorum unum habeat procurator conventualis, alium consocius studens, in quibus scribentur introitus et expensas ; et reddent rationem omni mense.

Reddita ratione omnium in utroque libro, prior vel eius vicemgerens conscribet de manu sua summam pecuniarum.

Mandamus insuper, sub pena furti, ut nullus sine praesentia sui consocii aliquid recipiat vel expendat, nisi forte in casu fortuito

⁵³⁾ Cahiers.

et repentino ; quod si quandocumque contingeret, statim infra diem naturalem suo socio studeat insinuare.

Mandantes [fol. 9] insuper eisdem, sub pena octo dierum standi ad terram, quatinus omni die de sero intiment priori illius diei introitus et expensas, et a quibus et per manus cuius vel quorum receperunt ; et ipse prior in suo libro notet et similiter nomen studentis consocii procuratoris.

Contrafacientes penas, quas iniunximus, incurrere volumus ipso facto.

7^m Capitulum.

Item mandamus priori ceterisque fratribus, cuiuscumque conditionis aut status existant, ut taliter disponant, ut ad minus semel in mense reddatur ratio de omnibus introitibus et expensis factis per procuratores, per bursarios, per sacristam, per decimarium, per infirmarium et per magistros operum ; quibus rationibus omnes fratres intersint de conventu, exceptis noviciis et infirmis.

Et si de fratribus non interfuerint, si sit Magister, ad mensam nudam sedebit. Si studens, uno mense in gravioribus culpis sine dispensacione manebit. Si conventualis, sicut studens penam portabit.

Si quis huiusmodi penam non portaverit, eum inhabilem reddimus et voce privatum.

Addentes quod, si studens fuerit, lectorari non possit quousque penas illas fecerit.

8^m Capitulum.

Item mandamus priori et procuratoribus conventus, quatenus fieri faciant unam capsam cum duabus clavibus diversis clausam, que capsam in cellis procuratoris conventualis servetur, quarum clavium unam teneat procurator conventus, aliam consocius eius studens.

In qua capsam volumus quod ipsi procuratores omnem pecuniam ad eorum manus venientem, pro communibus expensis traditam, teneant ; sic quod unus sine reliquo habere non possit, nec penes se retinere, sub pena carceris quam, si secus factum fuerit per eos, ipso facto decernimus incurrisse.

9^m Capitulum.

Item mandamus sub pena inobedientie, priori, ac ipsis procuratoribus sub pena carceris, quatenus, si veniat magna pecunia ad

conventum, preter bursias ⁵⁴⁾, prior det partem procuratoribus pro expensis fiendis iuxta necessitatem; residuum compellat procuratores tradere bursariis cum effectu, et quilibet istorum scribat in suo libro.

Mandantes studenti consocio procuratoris, ut in fine septimane ipse et procurator conventus coram studente, qui convenienter socius debet esse procuratoris, capsam apperiant in qua sub clavibus eorum peccunia servatur, et peccuniam inventam numerent et valorem eius sequens studens inscribat cedula, quam in capsam reponet; in qua cedula scribet omnem similiter pecuniam que de novo suo tempore reponitur. Et similiter quantitatem que extrahetur pro expensis communibus. [fol. 9^{vo}].

10^m Capitulum.

Item mandamus quod in cellario vini ac alijs locis, in quibus panis et alia per cellerarios ⁵⁵⁾ conserventur, in quolibet eorum fiant due claves distincte et varie, sic quod in quolibet locorum conventualis cellerarius sine studente, nec econtra, ingredi possit; quarum clavium unam habeat studens cellerarius, aliam conventualis, ipsique duo semper sint presentes quando vinum extrahitur et similiter simulent cum panis reponitur et deponitur et similiter claudant.

Declaramus insuper quod, quamdiu durat tinellus vini, unus studens clavem teneat et eo completo sequens recipiat, ut 2^o capitulo expressum est.

Volumus insuper quod studens, qui pro tempore tenet clavem, ministret vinum fratribus et distribuatur unicuique partem suam.

Addentes quod, finito tinello, de novo nihil extrahant nisi magistro studentium assistente. Qui 3, scilicet 2 cellerarij et tertius magister studentium, descendant ad cellarium determinetque magister studentium qualitatem vini magis aptam pro tempore ministrandam et de illo et de nullo alio ministrabunt.

11^m Capitulum.

Item mandamus quod cellerarij antedicti, ab eleemosinariis ⁵⁶⁾ qui questam ⁵⁷⁾ panis faciunt, panes faciant numerari et similiter

⁵⁴⁾ Voir: note 48.

⁵⁵⁾ Cellérier.

⁵⁶⁾ Quêteur.

⁵⁷⁾ Quête.

quot panes recipiunt a pistore ; et finito tinello vini reddet rationem de pane in scriptis sub hac forma : De questu B die C recepi tot panes. Et similiter, tot recepi sextaria ⁵⁸⁾ panis ut sic concludatur numerus sextariorum in fine septimane ; eo[dem modo] fiet de vino.

12^m Capitulum.

Item precipimus per obedienciam salutarem et sub pena furti maioris cellerariis, quatenus nullus eorum aliquid recipiat, expendat vel dispenset, sine suo socio consenciente et praesente, de hiis quae spectant ad eorum officium.

Mandantes eisdem per obedientiam salutarem et sub pena praedicta, quatenus nulli fratrum, cuiuscumque gradus existant, ultra portionem sibi debitam aliquid dare presumant.

13^m Capitulum.

Item mandamus priori, procuratori, cellerariis et portariis quatenus cum fratres hospites venerint ad conventum, statim infra diem naturalem bursariis nuncient et bursarij dies singulos computabunt, quot scilicet diebus dicti hospites fuerint in conventu post primam diem adventus ipsorum.

Exigentque a quolibet eorum pro qualibet die, preter primum, unum grossum Turonensem, sive in illo loco comederint sive non.

Et in hoc iustitiam faciendo, bursariis nostras committimus vices ut dictam taxam ab eis exigant.

Mandantes dictis hospitibus, sub pena privacionis omnis status et gradus et inhabilitatis ad omne officium habens curam animarum ac etiam privacionis vocis, quatenus omni die solvat bursariis ; decernentes quod, si bursarii, prior et alii superius nominati negligentes existerent, penam de appropriatis eisdem solvendi conventui volumus quod incurrant. [fol. 10].

14^m Capitulum.

Item mandamus omnibus et singulis fratribus conventus parisiensis, quatenus nullus vasa vel utensilia ad usum refectorii deputata, similiter et coquine, audeat extrahere ; quod si per aliquem ad alia loca fuerint deportata, penam solvendi ad dupplum incurrant, monentes eosdem primo, 2^o et 3^o, iniungentes eisdem sub sententia

⁵⁸⁾ Mesure pour les grains (setier).

excommunicationis, quatenus infra quindecim dies solvant dupplum ; quod si recusaverint, trina monicione praemissa, in hiis scriptis, licet inviti vinculo excommunicationis innodamus ; permittentes quod de licentia cellerariorum vasa refectorii extrahi possint et coquine de licentia coquinarii principalis, penis antedictis non obstantibus.

Sic tamen quod cellerarius vel coquinarius signum notabile vel pignus valoris recipiat a portantibus huiusmodi vasa.

15^m Capitulum.

Item mandamus procuratori et cellerario conventus per obedientiam salutarem et sub pena unius mensis gravioris culpe, quatenus una cum sociis eorum, infra 6 dies a notitia praesentium, duo registra faciant, in quorum uno omnia vasa et utensilia ad refectorium spectantia scribantur, in altero vasa ad coquinam spectantia.

Et si perdantur, compellatur cellerarius conventus pro vasis refectorii satisfacere, nisi illum assignet qui vasa substraxerit.

Similiter intelligimus de vasis coquine, ut principalis coquinarius cellerario cogatur ad restitutionem.

16^m Capitulum.

Item statuimus ut omni anno, de mense Augusti, eligatur bursarius conventualis per illos ad quos spectat, eligantque fratrem bone probitatis.

Studentes insuper eciam ex seipsis eligant studentem providum, qui cum bursario conventuali exercere possit officium.

Mandantes bursario conventuali et eciam studenti, sub pena furti maioris, ut nullus sine altero recipiat peccuniam nec expendat sine sui consocii scitu et consensu.

Quod si fiant contrarium... potestatem ⁵⁹⁾ penam prefatam volumus incurrisse.

Addentes quod, si post electionem praefatorum bursariorum aliquem eorum abesse contingeret vel non posse exercere officium, volumus ut, quam celerius fieri potest, alius eligatur quocumque tempore contingat sic abesse.

17^m Capitulum.

Statuendo decernimus ad officium bursariorum pertinere provi-

⁵⁹⁾ Deux mots restent illisibles.

siones recipere temporibus infrascriptis, scilicet, de mense aprilis 4^{or} florenos, de mense Septembris 8 florenos, a quolibet studente, exortantes (!) studentes omnes et singulos atque monentes semel, 2^o et 3^o, precipientes eisdem per obedientiam salutarem et sub pena excommunicacionis, quatenus bursiam unusquisque, ut praefertur, tempore statuto solvat cum effectu ; contrafacientes tenore praesentium licet inviti in hiis scriptis vinculo excommunicacionis innodamus.

Ad eorum etiam officium spectat, omnem summam maiorem peccunie recipere per manus procuratoris de mandato tamen prioris, ut capitulo IX plenius continetur.

Item ad officium eorum spectat, de mandato prioris, assentiente consilio patrum vel maiore et saniore parte eiusdem, tradere procuratoribus pro expensis communibus peccuniam, si quam prefati bursarii preter bursias studentium habeant [fol. 10^{vo}] vel de praefatis bursiis, si conventus esset fulcitus pane et vino, usque ad receptionem aliam bursiarum.

Et dare etiam magistris operum pro edificiis et reparatura domorum ac etiam decimario pro expensis infirmorum modo consimili.

Ad officium etiam eorum spectat, emere vinum atque bladum ⁶⁰⁾ pro communi vita conventus.

Item ad eos spectat ab hospitibus et forensibus, preter primam diem adventus eorum, exigere grossos turonenses ut continetur capitulo 13.

Ad eos etiam spectat, florenos quos recipiunt pro bursia ponderare, ne conventus recipiat dampnum.

Ad eos etiam spectat, interesse apertioni magne pixidis atque trunci et recipere peccuniam, si esset in magna quantitate, etiam de pixidibus cappellarum et eam expendere de mandato prioris.

Ad eos etiam spectat, tenere unam de clavibus magne pixidis, quam studens bursarius retinebit. Et similiter clavem unam depositi bursiarum illarum parve capse, quam etiam studens bursarius gubernabit, in qua bursie studentium conservantur.

18^m Capitulum.

Item statuimus institutionem custodum librarie ad patres omnes de consilio vel ad eorum maiorem partem et saniolem pertinere ;

⁶⁰⁾ Espèce de blé.

quibus precipimus ut tales duos studentes de Provincia Francia, et non aliunde, providos et fideles, unum pro magna libraria, alium pro parva, eligant.

Ad quorum officium pertinet, custodire libros et eos facere reparari ; prius tamen priori, Magistris et baccalariis omnibus deffectum ostendendo.

Ad eos etiam spectat, tam libros catenatos ⁶¹⁾ quam alios sub eorum habere custodia. Similiter pecias ⁶²⁾ et quaternos mutuare fratribus et aliis, iuxta formam in sequenti capitulo positam.

Contestatio ⁶³⁾ pecie, quaterni et libri ponatur in registro, quorum unum habeat custos magne librarie, aliud habeat custos parve librarie, 3^m habeat Magister regens.

Tenenaturque dicti librarii, sub pena prefata, bis in anno praesente et magistro studentium si in villa fuerit, si non fuerit duobus senioribus baccalariis, omnes libros et quaternos et pecias iuxta inventarium demonstrare.

Mandamus insuper dictis baccalariis ut ad videndum dictos libros accedant, quando a custodibus requirentur.

19^m Capitulum.

Item mandamus custodibus librarie, sub pena excommunicationis, quatenus nulli fratri, cuiuscumque condicionis aut gradus existat, nec alteri alicui persone Ordini nostri non professe, mutuet quocumque praetextu librum positum in catenis vel deputatum ad ponendum in libraria ; hoc tamen concessio quod quilibet Magistorum posset habere 4^{or} volumina, quilibet baccalarius formatus tria, et totidem baccalarius legens et dispositus proximus ad Sententias.

Biblicus vero legens et dispositus de proximo ad legendum, non nisi iuxta librum quod legerit.

Concedentes quod, si aliqui dictorum haberent facere actum specialem, possint praefati librarij libros ad actum opportunos mutuare.

⁶¹⁾ Livres retenus par une chaîne, à cause de leur valeur ou de leur intérêt.

⁶²⁾ Les 'peciae' des livres connus pour leur authenticité et leur actualité n'étaient pas reliés de suite, mais pouvaient être copiées et prêtées les unes après les autres.

⁶³⁾ Comm-initiatio ? (Commencement). Les premiers mots du second « folium » et les derniers du pénultième fournissaient des données certaines pour leur identification.

Decernentes quod, completo actu, infra diem naturalem libros illos restituat.

Nec est nostre intentionis quod Magistri et baccalarij [fol. 11] de qualibet libraria recipiant numerum antedictum librorum, sed de pertinentibus ad unam tantum vel ad ambas, recipiant dictum numerum.

Concedimus tamen quod, si aliqua persona notabilis librum spectantem ad librias postulet, cui sine scandalo vel dampno loci vel Ordinis non posset negari, data cautione sufficiente, de consensu prioris et patrum de consilio vel maioris et sanioris partis eidem concedatur.

Et sub eadem pena precipimus Magistris et baccalariis et biblicis, ut non plures recipiant libros nisi ut praeferatur.

Contrafacientes, trina monicione praemissa, illum vel illos in hiis scriptis vinculo excommunicationis innodamus.

20^m Capitulum.

Insuper mandamus omnibus et singulis fratribus parisiensibus, quatenus nullus eorum, per se vel per alium, publice vel occulte, sine causa librum aliquem de librariis antedictis extrahat, custodibus librariarum dumtaxat exceptis.

Contrafacientes vel deficientes tales, trina monicione premissa in hiis scriptis vinculo excommunicationes innodamus.

21^m Capitulum.

Item mandamus quod in conventu parisiensi annuatim duo fratres experti magistri operum eligantur; qui nullam pecuniam recipiant nisi per manus bursariorum; quod si attemptarent, ex nunc eos pene carceris adiudicamus.

Ad quos etiam spectat, novis preesse edificiis; ut antiqua serventur et ruinosae reparentur.

22^m Capitulum.

Item ad officium portarii pertinet, cum omni reverentia recipere venientes et ab eis petere causam adventus, ut habetur capitulo Constitutionum 20⁶⁴).

⁶⁴) *Constitutiones*, cap. 20. « Si enim aliqui fratres sine testimonio litterarum sui provincialis extra provinciam propriam exierint, venientes quidem ad locum

Ad ipsum etiam pertinet, advertere ne aliquid extra conventum de bonis fratrum fraudulentur exportetur.

Similiter, si eleemosine pro conventu portentur, procuratoribus coram rectore conventus faciat assignari ; si pro fratre, ipsum vocet celeriter.

Sitque assiduus ad portam ; et si contingat eum recedere, rectori conventus denunciaret ut alium ponat.

Nec ipse, sub pena inobedientie, aliquid a venientibus ad conventum exigat.

QUINTA PARS ⁶⁵⁾

Primum Capitulum.

Item precipimus et mandamus priori et procuratori conventus, quatenus diligenter advertant utrum in omnibus hostiis (!) cellarum dormitorii sint foramina vel cancelli aperta et non velata, et si non fuerint faciant fieri infra 6 dies ; precipiendo rectori conventus sub pena privationis vocis et annualis vestimenti, procuratori sub pena unius mensis gravioris [culpae].

Addentes quod, bis in septimana, prior faciat inquisitionem tam de foraminibus quam de velaminibus eorundem, puniatque iuxta formam capituli superius nominati.

2^m Capitulum.

Item mandamus omnibus et singulis fratribus, cuiuscumque conditionis aut gradus existant, conventus parisiensis, sub pena excommunicationis, quatenus nullus eorum cellarum vel camerarum [fol. 11^{vo}] ostia, serraturas ⁶⁶⁾ ostiorum, armariorum vel capsarum perticas ⁶⁷⁾, stabiles vel affixas, cathedras, scamna ⁶⁸⁾ studorium vel scabellum ⁶⁹⁾, armaria vel capsas fenestris, debita vel ostia fenestrarum vel lecticam ⁷⁰⁾ audeat mutare vel vendere vel alicui fratri concedere ad usum alterius camere, sive destruere, nisi forte vetustate

hostiarius intromittat, sed postquam testimoniales litteras sciverit non habere, id quam citius caute priori domus insinuet ».

⁶⁵⁾ Maris magni.

⁶⁶⁾ Serrures.

⁶⁷⁾ Barres, tiges.

⁶⁸⁾ Tables simples.

⁶⁹⁾ Escabeau.

⁷⁰⁾ Lit.

consumpta. Et tunc, de licentia prioris antiquae poterint moveri et nova reponi. Contrafacientes, trina monicione premissa in hiis scriptis, licet inviti vinculo excommunicationis innodamus.

3^m Capitulum.

Item mandamus priori, sub pena privacionis annualis vestimenti et unius mensis gravioris culpe, quatenus infra 6 dies a notificatione praesentium, destrui faciat omnes caminos ⁷¹⁾ et foculamina ⁷²⁾ de cellis dormitoriorum, capituli, scholarum, refectorij, aule magne et aliarum domorum coherentium dormitoriis antedictis et aule magne ; cameris dumtaxat exceptis.

Mandantes fratribus singulis in dictis cellis commorantibus, sub pena duorum mensium gravioris culpe, quatenus de cetero nullus eorum qui in cellis morabuntur ignem in cella, in qua iacet, faciat, nisi in casu infirmitatis ; priorem vero negligentem exequi quod mandavimus, etiam alios fratres contemptores, volumus penas supradictas incurrisse.

4^m Capitulum.

Item mandamus omnibus et singulis fratribus, sub pena privationis vocis si sit Magister, si sit baccalarius vel biblicus, formati (!), actu legens vel ordinati, sub pena privationis vocis et unius mensis gravioris culpe, si studens sub pena privationis studij, si conventualis sub pena carceris, quatenus nullus eorum de cetero inducat in cameram aut cellam scriptorem aliquem seu personam saecularem ad scribendum vel ad moram contrahendum, nisi esset forte de familia qui ex debito permittitur infra locum commorari.

Contrafacientes penas predictas volumus incurrisse.

Concedimus tamen quod valentes persone et nuncij et familiares eorum et amici Ordinis introduci possint ad cameras venerabilium Magistrorum et baccalareorum et seniorum et proborum fratrum qui ad consilium commorantur.

Concedimus etiam quod venerabiles persone praefate ad cellam alicuius studentis vel conventualis, vellent accedere, introduci possint de licentia prioris petita et obtenta.

Contrafacientes, iuxta statum cuiuslibet, penam antedictam decernimus incurrisse.

⁷¹⁾ Cheminées.

⁷²⁾ Foyers.

5^m *Capitulum*.

Item ne bona conventus, proborum fratrum sudore quesita, et edificia incendio destruantur, mandamus quod quicumque frater, cuiuscumque status vel eminencie sit, deinceps sive sompnolentia sive inadvertencia, ebrietate vel alio modo qualitercumque, accensionis ignis in loco vel in aliqua parte loci causa fuerit vel occasio, statim per 6 menses carceri mancipetur.

6^m *Capitulum*.

Item mandamus omnibus et singulis fratribus, per obedientiam salutarem et sub pena carceris, quatenus infra villam parisiensem nullus audeat pernoctare [fol. 12] sine licencia prioris ; pro qualibet vice in scriptis habita causam pernoctacionis exprimentem.

Sub eadem pena mandantes ne infra villam ad tabernam accedant.

7^m *Capitulum*.

Item mandamus omnibus et singulis fratribus hospitibus ad conventum parisiensem venientibus ac etiam commorantibus in eodem, et sub pena carceris, ut nullus infra villam parisiensem accedat ad balnea sive stuphas ⁷³⁾.

In hoc capitulo suspendentes et revocantes licencias a provinciali obtentas, nisi in casu infirmitatis que non possit aliter sine personali periculo evitari quam balneorum remedio.

Et sub eadem pena mandamus et precipimus quod ad domos suspectas nullatenus accedant, eorum januas gradiendo, nisi elemosinarum questu vel visitatione infirmi vel alia causa licita ; quam tamen infra diem naturalem, quaecumque fuerit, ille priori coram senioribus indicabit.

8^m *Capitulum*.

Item, quia regularis observancia a quibusdam levibus in dormitorio, capitulo, ecclesia, claustro et refectorio sepius violatur a facientibus beiaunias ⁷⁴⁾, cachinnis, sibilis, clamoribus, percussionibus manuum, strepitu pedum, appensione vel impositione plumarum,

⁷³⁾ Etuves.

⁷⁴⁾ Initiation du nouvel étudiant (bec jaune, béjaune, freshman, Fuchs). Voir note 33.

palearum, pannorum ac etiam proiectione liquidorum, pulsatione et sonitu vasorum et aliis ⁷⁵⁾ actibus turpibus et rumoribus dissolutis, ut in praefatis insolentiis frenum imponamus, mandamus priori, quatenus quemcumque fratrem cognoverit, per se vel aliorum relatu, talia perpetrasse vel suasisse ut fierent, eum compellat ad penam 15 dierum gravioris culpe sine dispensacione.

Tales vero sic delinquentes ipso facto, si sit studens, ipsum studio decernimus esse privatum, si talem penam antedictam recusaverit portare. Si vero simplex conventualis fuerit, penam gravioris culpe per mensem portabit; quam si recusaverit portare carceri mancipetur.

Si Magister fuerit, per 3 dies ad mensam nudam sedebit.

Si vero baccalareus vel biblicus, per 6 dies coram toto conventu ad terram sedebit in pane et aqua.

9^m Capitulum.

Item ne ecclesia fiat domus dissolutionis (?), omnibus et singulis fratribus conventus parisiensis mandamus, quatenus nullus eorum moram ante portam ecclesie, ad extra vel intra, sive in porta faciat, nec etiam cachin[n]os, risus, confabulationes vel alios actus dissolutos ibidem stando.

Inhibentes sub pena trium dierum sedendi in terra nuda in pane et aqua et recipiendo qualibet die disciplinam, si studens vel conventualis non lector sit transgressor mandati.

Si vero conventualis, qui nec lector fuerit in studio generali vel conventuali, nec prior in studio generali, portabit penam similem cum studente; si vero baccalareus vel prior in studio generali in premissis delinquant 3 diebus sedebunt ad mensam nudam in pane et aqua.

Si Magister, dicat culpam suam specialiter in capitulo et petat veniam a priore.

Concedimus tamen quod, si essent persone honeste quae a fratribus associari deberent, servata honestate, possent residentiam facere et cum eisdem loqui.

Et similibus penis subiaceant qui per ecclesiam discurrunt, vagabundi cum habitu vel in albis, hora qua de mane Officium celebratur divinum. [fol. 12^{vo}].

⁷⁵⁾ Cf. H. RASSDALL, *The universities of Europe in the Middle Ages*, III² (Oxford 1936) 376-85.

SEXTA PARS ⁷⁶⁾*Primum Capitulum.*

Statuimus quod in conventu parisiensi de jure Ordinis duo Magistri, scilicet, actu regens et ille qui legenti cathedram resignavit vel qui antiquior Magister fuerit destinatus, poterunt residere.

Et actu regens spacio quindecim dierum non possit se absentare sine Prioris generalis licentia speciali, sub pena privacionis vocis et omnium gratiarum ab Ordine sibi concessarum.

Insuper, si contingeret conventum parisiensem habere fratrem Magistrum in theologia, ordinamus quod cum aliis Magistris maneat, sic tamen quod provisionem septimanalem a conventu nec socium possit habere studentem; et si studentem habere voluerit, pro illo contribucionem studentis solvat.

Declarantes quod, si plures Magistri filij conventus, senior residebit in conventu.

Exortamur (!) tamen illum ut in predicacionibus et aliis actibus utilibus pro conventu sollicite laboret, sic quod ex eius mora conventus sentiat profectum et honorem; quod, si neglexerit, ex nunc pro tunc hec nostra ordinacio de sua mansione in conventu sit irrita et inanis.

2^m Capitulum.

Item statuimus quod in conventu parisiensi sine contribucione bursie esse possunt infrascripti baccalarii et non plures; quibus mandamus, quatenus de parisiis nullomodo recedant sine prioris generalis speciali licentia ante adeptionem sui gradus, scilicet praesentatus, duo praesentandi, magister studentium, actu legens Sententias et Bibliam et lecturus immediate Sententias per annum ante et lecturus Bibliam per 6 menses ante.

Similiter de provincia Francie 7 studentes possunt stare sine contributioni (!) bursie.

Similiter duo studentes de provincia Lombardie stare possunt sine contribucione, ex conventionem facta inter dictam provinciam et conventum ⁷⁷⁾.

⁷⁶⁾ Maris magni.

⁷⁷⁾ On ne sait pas à quel contrat entre les provinces de Lombardie et de France l'auteur fait ici allusion.

Cuiuslibet provincie Ordinis possunt duo studentes stare, quorum quilibet solvet predictam bursiam, sola provincia Francie excepta, quae non potest alios mittere a septem dictis.

Declarantes quod ad minus de provincia Francie tres sint tales quod sciant predicare.

Teneanturque ipsi omnes ire ad funera tempore necessitatis, prout priori videbitur expedire.

Tenenturque predicare cum eis iniunctum fuerit.

Si vero de provincia predicta aliqui essent qui solverent bursiam, nolumus eos ad talia obligari.

3^m Capitulum.

Item statuendo decernimus quemlibet Magistrorum duorum in parisiensi conventu commorantium, tenore Addicionum capitulo 36, posse tenere unum studentem, absque persolutione contribucionis et bursie consuete, et eorum quilibet unum famulum et non plures, etiam si vellent eis expensas solvere ⁷⁸⁾.

Similiter et tot Magister senior conventus filius teneat et non plures. Decernimus etiam quod actu legentes Sententias et Bibliam habeant unum famulum, praesentatus et omnes bacalarii habeant unum famulum communem, communi omnium servicio deputatum, qui victum famuli recipiat a conventu tantummodo.

Exortantes (!) tamen ut recipiant famulos honestos nec retineri eos volumus alio modo ad servicia infra domum nisi servata forma Constitucionum capitulo 44 in fine ⁷⁹⁾ [fol. 13].

4^m Capitulum.

Item mandamus omnibus et singulis patribus conventus parisiensis quatenus nullus eorum aliquem nostrum fratrem qui vacationum tempore Sententias Parisius legerit ⁸⁰⁾, associet ad praestan-

⁷⁸⁾ *Additiones*, cap. 36. « Volumus autem quod magister parisiis uno socio studente et converso vel famulo sit contentus ».

⁷⁹⁾ *Constitutiones*, cap. 44. « Prior quoque famulum vel secularem servitorem, nisi sit ordinis oblatus, nullum intra claustrum loci permanere aut conversari permittat. Tales enim in ordinatione morum et vitae consueverunt interdum novitios et iuvenes ordinis inficere, et antiquiores suis levitatibus et inordinationibus contristari ».

⁸⁰⁾ A cause des prérogatives et des exemptions dont jouissaient les Maîtres en théologie, beaucoup de religieux aspiraient à la maîtrise. Durant la première moitié

dum iuramentum ut a cancellario et congregatione admittatur ad lecturam praefatam.

Nec eidem praestare auxilium, consilium et favorem, publice vel occulte, per se vel per alium, ut dictum consequatur effectum.

Si autem contingeret quod reciperetur ad lecturam, non recipiatur in concentu, nec in scholis nec in conventu legere permittatur nec in actibus associetur.

Si quis vero in aliquo praeteritorum dictorum delinquerint (!), vinculo excommunicationis innodamus tales ; talem etiam sic legentem ipso facto ex nunc praesentatione privamus.

Precipiendo etiam quod praesentationem non procuret nec fratres ipsum praesentent vel praesentari faciant, sub eadem lata sententia.

Si tamen ad magisterium perveniret, ipsum graciis, quibus gaudere sive gaudent Magistri parisienses, privamus et in Ordine pro simplici conventuali habeatur.

Item toto tempore vacationum quo stat Parisius, duos grossos parisienses in die pro se solvere cogatur.

5^m Capitulum.

Item mandamus omnibus et singulis fratribus lecturis Bibliam in conventu parisiensi, ut libros non alio ordine legant quam qui ad legendum cum suo successore sunt condivi.

Et ut tollatur omnis ambiguitas ordinamus in duobus annis a duobus biblicis omnes libros Biblie perficere, sic quod prius, qui

du XIV^e siècle, des religieux de divers Ordres tâchaient de passer avant leurs confrères en accomplissant la lecture des Sentences le plus tôt possible. Cette envie donnait lieu de temps en temps à des faits peu édifiants. Afin de parvenir à leur but, maints religieux sollicitaient du pape le privilège de lire les Sentences à Paris le plus tôt possible et cela pendant un bref laps de temps, c'est-à-dire pendant les vacances, qui duraient de la fête de SS. Pierre et Paul, le 29 juin, jusqu'au 1 septembre. Puis, ils essayaient de se rendre maître de la barette (Cf. DENIFLE, *Chartularium Universitatis*, II, Introd. ix). Tout cela multipliait bien les maîtres, mais n'élevait pas le niveau des études théologiques.

Chez les Augustins aussi, il y avait des confrères qui, avant d'être nommés par les Autorités de l'Ordre, s'efforçaient de lire les Sentences pendant les vacances en vertu d'un privilège papal (Cf. DENIFLE, *l. c.*, n^{os} 847, 856, 945, 1207, 1208, 1212). Pour couper court à cette tendance, tout appui, tout support était interdit aux candidats lisant pendant les vacances, et, par anticipation, toutes les prérogatives leur étaient refusées.

incipit legere, penthateucon (!) cum sequentibus et sapiencialibus omnibus legat. Et in uno perficiat anno.

Sequens vero incipiat ysaïam consequenter legendo prophetas et novum testamentum ordine quo sequantur.

Si quis autem contra dictam ordinationem fecerit nullatenus pro biblico habeatur. Et ipso facto provisione sit privatus.

6^m Capitulum.

Item approbamus sententiam excommunicationis, latam per nostros predecessores ac eciam Additionum 36 capitulo approbatam, qua eos qui pro Magisterio alicuius baccalarij nostri Ordinis apud saeculares aut ecclesiasticas personas impetrant litteras, sic quod praesentatum impedian vel retardent ⁸¹).

7^m Capitulum.

Item illum decernimus debere esse magistrum studentium, qui immediate ante actu legentem Sententias complevit.

Cuius officium est legere librum unum, ad petitionem studentium vel maioris partis, in phylosophia morali vel metaphisica ; quem si compleverit mandamus, si tempus habuerit, alium librum legat.

Si vero non fuerit in conventu, unus de baccalariis formatis, quem actu regens decreverit ad legendum, lecturam faciat antedictam quousque legens Sententias compleat.

Ad eundem etiam magistrum studentium pertinet dare licentias studentibus eundi ad actus scolasticos qui in loco nostro vel extra fierent, exceptis actibus qui fiunt in vico straminis ⁸²), nisi forte ad honorandum aliquam personam.

Item ad eius officium pertinet distribuere disputationes et ipsas

⁸¹) *Additiones*, cap. 36. « Insuper statuimus quod nullus procuret aliquid quod sit impedimentum expeditionis bacellarii praesentati, nec utatur aliquis bulla impetrata pro magisterio, nisi de consilio magistrorum vel magistri, si solus sit, qui sic ordinet quod per hoc non impediatur praesentatus. Alioquin tam procurans litteras quam magistri obliquantes iudicium eo ipso excommunicationis sententiam incurrant ».

⁸²) La rue du Fourre, jadis des Escoliers (1260), de l'Ecole (1300), du Feurre (XIV^e s.) (à cause de la paille sur laquelle s'asseyaient les écoliers pour assister aux cours) et par altération: rue du Fouarre (XVI^e s.).

Au XIII^e siècle, l'Université assigna la rue aux cours publics de la Faculté des Arts; les quatre Nations y eurent leurs écoles. M. DE ROCHEGUIDE - M. DU- MOULIN, *Guide pratique à travers le vieux Paris*, (1923), p. 415.

regere et tenere ; quas singulis diebus sabbatinis vel alia die septimane magis commoda fieri volumus, sub pena inobedientie Prioris generalis. Et sub eadem pena mandamus omnibus baccalariis ut intersint, nisi habeant legitimam causam.

Exortamur (!) [fol. 13^{vo}] etiam venerabiles Magistros ut intersint disputationi antedictæ.

Item ad eius officium pertinet, omnes studentes cogere et exortari ut singulis diebus post prandium veniant ad disputandum in aula vel alibi, et vadat ordo inter studentes respondentes vel arguentes secundum ordinem cellarum.

Item ad ipsum spectat, interesse apercioni magne pixidis et parvarum ac trunci et similiter interesse debet numeracioni peccunie.

Item ad ipsum pertinet, videre tinellum de vino quod est noviter ministrandum ad eligendum de quo debet ministrare et qualiter et quibus.

Item ad ipsum spectat, instituere unum de studentibus qui studentes congregat ad dicendum horas sive Officium divinum quando studentes non tenentur interesse cum conventualibus.

Item ad eum spectat, disponere studentes secundum bonum numerum quantitate ipsorum pensata, et eos compellat ut vadant ad actus scolasticos qui fiunt extra locum et similiter ad illos qui in nostris scholis fiunt.

Disponatque studentes in numero convenienti dividentes in 4^{or} personas vel plures ut videbitur, si multitudo studentium est magis.

Item ad ipsum pertinet, denunciare priori studentes deficientes in actibus antedictis et facere ut puniatur pena taxata in capitulo 9^o.

8^m Capitulum.

Item mandamus omnibus Magistris et baccalariis parisiensibus, sub pena inobediencie et excommunicacionis, quatenus infra sex dies post adventum alicuius studentis Parisius conveniant in unum et eligant duos formatos baccalarios sive non formatos vel ad Sententias aut Bibliam ordinatos, quorum unus ultramontanus sit, alter citramontanus, qui examinent novum studentem.

Qui baccalarij sic electi corporale præstabunt iuramentum in manibus Magistri regentis, ad quem spectat consilium convocare, tactis sanctis Evangeliiis, quod fideliter examinabunt de infrascriptis punctis et fideliter referent sufficientiam eius.

De examinandis : primo in grammaticalibus, an congrue loquatur latinum non a casu et usu sed secundum regulas grammaticae ⁸³).

2° an principia logice et philosophie sciat et competenter intelligat.

3° an in terminis theologicis sit aliquantulum expertus vel dispositus quod infra triennium possit proficere.

Et si sic inveniatur sit studens parisiensis.

Si vero dicti Magistri vel baccalarii non convenienter eligerent pro examine nec baccalarii electi examen bene facerent in hiis scriptis, licet inviti, illum vel illos, trina monitione praemissa, vinculo excommunicationis innodamus.

9^m Capitulum.

Item mandamus per obedientiam salutarem omnibus et singulis studentibus parisiensibus, quatenus quilibet sua vice respondeat de quaestione sabbatina.

Quae disputatio si omissa fuerit ex defectu studentis, nisi in casu infirmitatis excepto, super terram nudam octo diebus pro prima vice sedebit, pro 2^a vice XV, 3^a vice integro mense ; semper in qualibet vice penitentiarum 2^a, 4^a et 6^a feria in pane et aqua.

Et in qualibet die feriarum praedictarum coram fratribus recipiet publice disciplinam.

Et si praefatas penitencias non impleverit sit studio suo privatus.

Et si studens, in cothidianis disputationibus quae fiunt post prandium, qui debet arguere vel respondere principaliter, pro qualibet vice sex diebus ad terram sedebit coram conventu sine dispensacione et die qualibet post completorium recipiet disciplinam ; et si 4^{or} vicibus arguendo vel respondendo principaliter defecerit, vel si peni-

⁸³) Cf. « Dits des moutiers de Paris », composés vers 1320.

Après est Saint Andrieu des Ars
Où mainte dame de leurs ars
Ont maintes fois lanciaé et trait,
Et maint homme (ont) a eulz atrait.

115 Après i r'est Saint Augustin
Où l'en parole bien latin.
A Saint Germain des Prés m'en vois
Où l'en sert Dieu à haute vois.

A. LONGNON, *Pouillés de la Province de Sens*, p. 366. Recueil des Historiens de la France.

tentias pro tribus praedictis non fecerit, studio sit privatus et inhabilis ad lectoriam. [fol. 14].

Nec volumus quod in disputacionibus ordinariis et cothidianis studens possit alium subrogare, sub eadem pena.

Si vero studens aliquis qui ad actum debet ire scolasticum extra domum, si non ierit aut recesserit antequam actus finiatur notabili spatio, per 6 dies ad terram sedebit.

Si habuerit rationabilem causam, illam notam faciat magistro studentium et ille iuxta conscientiam iudicet veritatem; et si causa non fuerit rationabilis et praefatam paenitentiam non impleverit Parisius non lecoretur sine licentia Generalis prioris speciali.

Et eidem pene subesse volumus studentes illos qui defecerint interesse lectioni biblie pro vice et tempore a magistro studentium ordinatis.

10^m Capitulum.

Item mandamus per obedienciam salutarem et sub pena excommunicationis omnibus et singulis Magistris et baccalariis, quatenus in ultima lectione lectorandi convenient nisi habeant legitimam causam; quibus sic congregatis mandamus legenti ut legi faciat punctuatim coram omnibus que sequuntur, ne indigno gradus conferatur.

Et ut sciatur dignitas lectorandi Magister regens coram omnibus jurare faciat lectorandum, sacrosanctis tactis Evangeliiis, quod dicet veritatem de omnibus infrascriptis.

Primo, si in principio sui adventus ad studium parisiensem fuerit examinatus.

2° si Parisius responderit de questione ordinaria septimanali.

3° si Parisius compleverit triennium

4° si deficiendo in actibus scolasticis penitentiam fecerit.

Et si in principio sui adventus non fuisset examinatus sui (!) culpa, sine dilatione ad propria remittatur sine lectoria et compellatur ad solvendum pro tempore quo stetit Parisius, pro qualibet die grossum turonensem, computando in sortem bursiam quam persolvit.

Et si non responderit de quaestione ordinaria sui culpa, vel si Parisius triennium non compleverit vel si deficiendo (?) in actibus penitentiam non compleverit, non lecoretur.

Si vero sine sui (!) culpa non fuisset examinatus, ponatur lectorandus noviter ad examen ut supra capitulo 8°, hoc addito quod examinetur an in theologia convenienter instructus sit.

Hiis peractis Magister regens requirat de vita et scientia lectorandi. Si inveniatur sufficiens et complevisse omnia predicta, lectoretur absolute.

Si vero per Magistrum regentem vel per deponentes (!) vel per aliquem prefatorum forma hic tradita non fuerit observata vel oppositum fuerit factum, illos vinculo excommunicationes innodamus.

Sub eadem pena precipimus Magistro regenti et deponentibus pro lectorando, ut nichil recipiant pro huiusmodi et sub eadem pena precipimus lectorando ut nichil det.

Si vero contingeret aliquem studentem antequam compleret triennium infirmari, propter quod ipsum deberet recedere de Parisius pro vite conservatione, habito consilio medicorum non ficto, servata forma prius tradita excepto quod triennium non complet, Magister regens eum lectoret.

11^m Capitulum.

Item ordinando mandamus per obedientiam salutarem omnibus et singulis Magistris et baccalariis parisiensibus, ut diffinitionem factam et in multis capitulis approbatam ⁸⁴⁾ observent ; cuius tenor sequitur.

Si contingat locum aliquem de diffinitis vel diffiniendis ad legendum Sententias per bullam Summi Pontificis occupari vel alias, absque sua culpa, primo diffinitus immediate legat [fol. 14^{vo}] post illum qui locum occupavit, vos advertentes quod quandocumque contingit aliquem de diffinitis causa rationabili non posse venire Parisius, die qua debet suum facere principium lecture, volentes decernere quid tunc agendum, statuendo decernimus quod casu tali, si Parisius est aliquis de diffinitis, primus post eum, incipiet lecturam.

Et si primus post illum non esset, alius sequens locum obtineat.

Et si contingeret nullum de diffinitis esse pro tunc Parisius sed essent ordinati vel dispositi ad lecturas, ipsi suo ordine quo vocati sunt prosequantur ut de diffinitis dictum est.

Si vero contingat quod nec diffiniti nec dispositi adessent statuto tempore pro lectura, Magister regens et patres de consilio, omnes vel maior et sanior pars, poterunt unum subrogare.

⁸⁴⁾ Dans les Actes des Chapitres Généraux, il ne figure aucun précepte rédigé comme le suivant, sauf celui du chapitre 1351. Cependant il y en a qui concernent le même cas. Voir les notes 9 et 81.

Et similiter, si postquam Bibliam incepisset et continuare non posset, praefati ordinent alium ad lectiones proseguendas et ad aliud principium faciendum; quem ex nunc gracias quas biblici habent, volumus obtinere.

Addentes quod si ille qui pro illo anno debuisset incipere, medio tempore lecture veniret Parisius ad legendum, ille subrogatus cedat in medietate temporis et lecture.

Et medietate lecture iste principiando proseguatur et ambo biblici censeantur.

Si vero subrogatus post principium alterius lecturam proseguatur, eandem in nullo supervenienti cedere teneatur, ex eo quod locum sibi vendicat illius qui incepit et non potuit terminare; ex quo actu nullus a loco sibi debito retardatur.

Addentes semper in omnibus supradictis quod inter naciones honorum distribucia conservetur.

Item quia quandoque contingit quod oportet unum de studentibus lectorare, ut in casu legat, dispensamus cum tali de triennio complendo in conventu parisiensi, si tamen studens lecturus sit talis ut statuta Ordinis ipsum non excludant.

12^m Capitulum.

Item quia non sunt Magistrorum camere et baccaliorum actu legencium et aliorum stabiliter edificate, non valemus statuere sed prioris et patrum de consilio arbitrio hoc reliquimus.

13^m Capitulum.

Item mandamus, quatenus nullus frater presumat associare extra locum parisiensem de Parisius recedentes baccalarios vel studentes aut fratres alios excepto quod si aliquis Magister recedat duo tamen fratres et non plures eum associant petita tamen licentia a priore et obtenta sic tamen quod sic associantes Magistrum non pernoctent extra conventum sed eadem die ad conventum redeant.

Contrarium facientes si sit studens vel conventualis, penam gravioris culpe per XV dies indispensabiliter portabit.

Si baccaliarius, per octo eandem penam portabit.

Si sit Magister, illo anno provisione septimanali sit privatus.

Si quis vero sic pernoctare auderet sicut suspectus de lapsu carnis et ut nostrorum mandatorum contemptor et inobediens, carceri mancipetur.

SEPTIMA PARS ⁸⁵⁾*Primum Capitulum.*

Item ad evitandum dubia de « patribus » de consilio statuendo decernimus istos et non alios esse tales :

Magistros, baccalarios formatos et non formatos pro tunc in conventu parisiensi residentes. Nec sub isto [fol. 15] « patribus » intelligitur prior, [licet sit caput et pater. Nec in litteris missis « patribus » intelligitur prior ⁸⁶⁾] nisi nomen eius specialiter exprimatur.

Unde, quandoque usi sunt aliqui predecessorum nostrorum hoc modo scribendi : Venerabilibus et religiosis viris priori et patribus etc., solum igitur de consilio patrum sunt Magistri, baccalarii ut dictum est.

2^m Capitulum.

Item statuendo decernimus quod omnes, scilicet, Magistri et baccalarii formati et non formati, qui sunt patres de consilio, vel maior aut sanior pars eorum, possit (!), si contingat biblicum lecturum non adesse tempore opportuno vel non posse lecturam continuare, subrogare, ut dictum est capitulo undecimo.

3^m Capitulum.

Item mandamus [quod] ille qui immediate post actu legentem Bibliam est lecturus, ut lectorem mense corrigat si male legat ; et si talis non esset in refectorio, mandamus regenti ut unum de studentibus eligat qui legentem sciat corrigere.

4^m Capitulum.

Item ordinamus ut nullus studens parisiensis ante completum triennium possit lectorari quo completo regens eum lector et forma observata supra parte 6, capitulis 8 et decimo.

Si oppositum fecerit licentia lectorie sit irrita et inanis.

5^m Capitulum.

Item committimus priori et patribus de consilio, maiori et saniori parti eorum, quatenus possint fratres de provincia Francie providos

⁸⁵⁾ Statutorum maris magni.

⁸⁶⁾ Le texte entre crochets a été oublié, puis rajouté en marge par le copiste.

eligere et vocare et conventuales facere Parisius juxta conventus necessitatem, dum tamen non sint actu priores vel lectores studiorum generalium vel triennialium.

Similiter possint alios conventuales remove et ad provincialem remittere, ut alibi collocentur.

Mandantes tamen priori et patribus antedictis, ut zelo pro conventu et non aliter moveantur ad vocandum vel deponendum fratres. Aliter penam inobedientie se noverint incurrisse.

Eodem tenore committimus priori et patribus ut possint sic per eos electos penis temporalibus et spiritualibus compellere, etiam per censuram ecclesiasticam, ubi eos reperiant contemptores.

Et si noticiam talium electorum prior et fratres haberent, provinciali vel vicario vel diffinitoribus notificent qualitatem et officia in quibus possunt conventui servire.

Et ipsi, sub pena inobediencie generalis, de magis aptis fratribus iuxta prioris et patrum petitionem dare teneantur celeriter.

6^m Capitulum.

Item committimus praedictis fratribus, scilicet, priori et patribus de consilio, vel maiori et saniori parti eorum, quod possint, si placet, 4^{or} de conventualibus antiquioribus et maturis ad huius consilium connumerare quando eis videbitur.

7^m Capitulum.

Item ordinamus quod prior parisiensis, de scitu et assensu patrum de consilio, vel maioris et sanioris partis eorum, ferre possit sententiam excommunicationis in casibus occurrentibus.

Et eodem tenore ordinavimus ut idem prior iuvenes conventuales vel studentes in dicto studio residentes ad sacros possit promovere ordines Ordinis forma servata Constitutionum et nostrarum ordinationum tradita supra capitulo 2^o ⁸⁷⁾.

Possit etiam prior consilium patrum convocare quandocumque

⁸⁷⁾ Le chapitre 2 de cette partie ne contient rien qui concerne ce sujet.

Constitutiones, cap. 31. « (Prior) De subditis vero suis professum ad sacros ordines nullum sine licentia sui provincialis promoveri faciat... ».

Constitutiones, cap. 33. « Volumus etiam quod fratres qui sunt ad sacros ordines secundum instituta ordinis promovendi, ut de expressa licentia provincialis ordinentur ».

sibi videbitur expedire et dare licentiam singulis fratribus eundi ad balnea vel stuphas Constitutionum tamen ordinatione servato ⁸⁸⁾).

8^m Capitulum.

Item mandamus patribus omnibus de consilio, quatenus priori assistant, prebendo ei auxilium, consilium et favorem, ita ut prior in pace et regularibus observanciis conventum gubernare possit.

Exortantes (!) eosdem patres ut, quando ad consilium vocantur, [fol. 15^{vo}] celeriter accedant nec recusent.

Statuentes ut quotiescumque fuerint vocati et aliquis non accederet, si Magister fuerit, pro prima vice quae destiterit, sit annuali provisione privatus, si baccalarius, per XV dies ad mensam nudam sedeat in pane et aqua 2^a, 4^a, 6^a feriis.

Magister pro 2^a vice sit septimanali et annuali provisione privatus; si baccalarius pro secunda vice penam sustineat duplicatam.

Pro 3^a Magister sit lignis privatus ⁸⁹⁾, [Baccalarius] ad terram sedeat coram toto conventu. Pro 4^a Magister pane, vino et ⁹⁰⁾ sit privatus per 3 menses; baccalarius penam gravioris culpe unius mensis indispensabiliter portet.

Magister pro quinta vice sit voce privatus et baccalarius suo gradu, quem habet et in posterum esset habiturus, exceptis casibus rationabilibus atque impedimentis.

Et tunc sic se excusans iuret priori, in praesentia trium patrum, ipsum habere causam legitimam quare nullo modo potest venire.

Retinentes nobis absolutionem talium nolentium assistere conventui in consiliis dandis nisi publice fateatur culpam suam et penitentiam compleat antedictam, et sic poterit absolvi a quolibet sacer-

⁸⁸⁾ *Constitutiones*, cap. 13. « Unde quia plures nostri patres et maiores facti evidentia didicerunt ex hoc plura animarum pericula provenire, cupientes huiusmodi viae vitiis obviare, omnibus pariter et singulis fratribus nostrae religionis stricte, et in virtute sancti Spiritus praecipimus et mandamus, ut nullus ad balneas vel stuphas quae sint extra locum ordinis, aliqua occasione ire, vel intrare praesumat sine magna et evidenti necessitate. Et hoc fiat semper de expressa prioris provincialis licentia speciali in scriptis habita... Qui autem balneo ex aliqua infirmitate indiguerit, prior suus in loco balneum fieri faciat et eo utatur quotiens opus fuerit de consilio medicinae ».

⁸⁹⁾ Ce qui suit concerne probablement le Baccalaureus. Evidemment le copiste a oublié quelque chose.

⁹⁰⁾ Un mot reste illisible.

dote. Et si contingeret Magistrum aliquem residere in conventu qui annuale non reciperet indumentum neque septimanales provisiones, iste pro prima vice careat per 3 menses, pro 2^a vice per 6, pro 3^a pro toto anno, pro 4^a sicut simplex conventualis sine socio et famulo maneat in conventu, pro 5^a sit voce privatus et exemptionem nullam habeat magistralem, quousque secum per generale capitulum vel per Generalem fuerit dispensatum.

Priorem tamen ortamur (!) in Domino et per obedientiam salutarem praecipimus et sub pena suspensionis ab officio prioratus, quatenus Magistros et alios patres de consilio cum digna reverentia pertractet eosque habeat sicut principalia membra Ordinis.

Sine eorum consensu et consilio graves studentibus penas non imponat nec alia gravia suo arbitrio audeat sed semper in talibus consilium patrum exequatur.

.....⁹¹⁾ in penitentiis per nos taxatis quas prior, absque patrum consilio, delinquentes sic portare compellat. Quod si de praedictis oppositionem iteratum faceret, in hiis scriptis trina monicione praemissa, decernimus ipsum et volumus esse suppressum ab officio, quousque per Priorem generalem secum fuerit dispensatum.

Et in casu iterato sit sicut conventualis et supprior regat conventum, si conventus habeat. Si autem non habeat, ille regat conventum quem patres de consilio, vel maior pars, praeficiet, quousque de priore fuerit aliter ordinatum.

9^m Capitulum.

Item mandamus priori per obedientiam salutarem quatenus, attenta utilitate conventus et animarum salute, una cum patribus de consilio studeat fratres mittere ad terminos honestos et providos, qui devocionem populi provocent predicationibus, confessionibus et virtuosius actibus ac bona vita.

Eisdem iniungentes priori et patribus de consilio ut, postposita affectione, illos transmittant qui fideliter et sollicite respondeant, tam loco quam populo, quam cum deo possunt de omnibus supradictis; maxime tamen mittantur tempore devocionis, scilicet, in Quadregesima et in Adventu.

Inhibentes dictis terminariis, ut nulli fratri aliquid in speciali tribuant ut ad dictos terminos transmittantur, sub pena privationis omnium bonorum sibi appropriatorum.

⁹¹⁾ Un mot reste illisible.

Quod si contrafecerint, ipso facto conventui parisiensi confiscamus et illum, qui ab eis recepit, similem penam incurrisse decernimus.

Mandamus eciam priori, sub eodem [fol. 16] tenore precepti, ut fratres ordinet qui in villa parisiensi predicent populo verbum Dei ut necessitas requirit.

10^m Capitulum.

Item quia frequenter suspicionis causam generat actus, factus bona fide, ideo statuendo mandamus per obedientiam salutarem priori et sub pena furti, quatenus nullatenus audeant officium procuratoris, bursarij et cellerarij pro parte electorum conventus, si quandoque vacare contingerit, fratri alicui vel per se committere, sed statim ita celeriter sicut fieri potest, eligatur alter qui officium exerceat iuxta formam 4^o capitulo traditam parte 4^a.

Si vero aliquo capitulo contingeret quod oporteret electionem differre, de consensu omnium patrum, vel maioris et sanioris partis eorum, recommendare poterit alicui fratri cui placuerit.

Si oppositum faceret prior penam supradictam incurrat.

11^m Capitulum.

Item ordinamus quod quilibet frater conventualis in loco nostro parisiensi habeat annuatim a conventu pro suo vestimento et calceamentis duos florenos, cum sint magis gravati quam fratres conventuales in aliis conventibus.

12^m Capitulum.

Item quia nichil valet ad morum⁹²⁾ servandam, statuta condere et promulgatio legum nisi qui aliis praesunt sint solliciti ut a subditis observentur, quod paucissimum facerent nisi aliqua lege constringentur ad penam, ideo priori parisiensi, vel quovis titulo ibidem presidenti, precipimus ut diligenter advertant ad omnia puncta quae in dictis ordinationibus continentur, ut Deo adiuvante animarum salutem consequi valeant et ordo sustineatur in conventu.

Et si prior negligens fuerit in praedictis, ex tunc, sicut contemptorem mandatorum Prioris generalis, pena dierum XV gravioris culpe sine dispensatione puniendum decernimus per suppriorem, si

⁹²⁾ Un mot reste illisible.

fuerit in conventu ; si non, per illum quem patres omnes vel maior pars in tali casu praeficient.

Cui ex nunc auctoritatem impertimur administrandi in temporalibus et spiritualibus, sicut in nostro Ordine est concessum.

Et peracta penitentia, si iterato deficeret negligendo officium, eadem pena, qua supra, puniatur modo simili, pro tertia vice si deficiat ipso facto sit ab officio absolutus.

13^m Capitulum.

Item cum mos perversorum sit excogitare vias quibus possint animos praelatorum pervertere a iusticia muneribus...⁹³⁾ nos, volentes talium malicie frenum imponere subditorum, omnibus et singulis fratribus provincie Francie et conventualiter residentibus in eadem, mandamus per obedientiam salutarem, quatenus sub pena inobediencie et persolucionis quadruplicis, quod expendetur pro aliquo prelatorum provincie dicte, quatenus nullus frater dicte provincie...⁹⁴⁾ expendat pro aliquo praelato eiusdem provincie, nisi semel tantum cum ad conventum devenerit, nisi unum grossum in anno.

Conventus vero ad quem praelatus dicte provincie declinat, si causa visitacionis accesserit, et provincialis fuerit vel visitorator dicte provincie, volumus quod trina refectione sumptibus [fol. 16^{vo}] conventus pascatur et duplici manerie⁹⁵⁾ et modo duplici tantummodo praeparata cibaria ministrentur.

Aliis vero diebus sumptibus conventus reficiatur, sic tamen quod (?) nisi una manerie et uno modo parata ministrentur.

Si vero non causa visitacionis accedit, una tantum vice possit recipi a conventu et cibariis una vice coctis sive maniere et uno vino.

Et si contingeret in conventu eum pluribus diebus commorari, reficiatur iuxta Ordinis statuta⁹⁶⁾.

⁹³⁾ Dans le texte un espace de trois centimètres est resté blanc. En marge le copiste a écrit: « cibi et potus quae sub aliis terminis ponuntur ».

⁹⁴⁾ Un espace de trois centimètres est resté blanc. En marge a été écrit: « in eisdem terminis cibi et potus ».

⁹⁵⁾ Manière.

⁹⁶⁾ *Constitutiones*, cap. 22. « A resurrectione usque ad festum omnium sanctorum exceptis solemnibus ieiuniis, et sextis faeriis et die praecedente ascensionem domini et nativitatem beatae mariae virginis fratres ad ieiunium non cogantur, et tunc conventus uno ferculo tantum, in prandio et in coena contentus erit, nisi interdum aliquid aliud prior addendum providerit, ad quod illum nisi sicut sibi videbitur volumus non teneri ».

Et si per aliquem fratrem dicte provincie aliter fuerit ministratum quam dictum sit, illum penam prius taxatam volumus de facto incurrisse et ipsum ex nunc voce privamus et inhabilem reddimus ad omne officium animarum curam habens.

Si vero conventus aliter quam dictum sit recipere attemptaret, prior illius loci de facto sit ab officio absolutus.

Procuratorem vero qui huiusmodi expensas in libro suo scripserit, a praedicatione et confessione [suspendimus] et ad expensas condemnamus.

Nec etiam volumus quod terminarii in suis terminis tales praelatos recipiant expendendo ultra plus unum turonensem sub eadem pena.

Et praelatus qui talia recipit, trina monicione praemissa in hiis scriptis, ab officio suspendimus, quousque per generale capitulum fuerit cum eo dispensatum.

Et quamvis dicta constitutio ad omnia loca (?) provincie Francie se extendat, pro loco tamen parisiensi eam taliter moderamus quod (?) nisi de ferculo uno modo parato supra porciones communes et potagia consueta et pro vice qualibet a tribus fratribus de conventu et non pluribus associetur nec pro qualibet vice ultra florenum possit expendi.

Nec etiam si transseundo, ad conventum perveniat ultra primam diem possit sine contributione morari, sed volumus quod sicut forensis et hospes praeter primam diem unum grossum turonensem pro se et pro quolibet qui in sua comitiva fuerit die qualibet solvere teneatur.

Et similiter volumus de Magistris qui accedunt non conventualiter moraturi sub pena superius praetaxata. Amen.

Explicit mare magnum finitum anno domini millesimo cccc LXVII^{mo} in die sanctorum martyrum Processi et Martiniani quod festum semper cadit infra octavas sanctorum Apostolorum Petri et Pauli per manus fratris Mathei Maquarelli ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini conventus Parisiensis. Maquarellj.

E. YPMA, O. E. S. A.

Paris.
